



**IMAGE EVALUATION  
TEST TARGET (MT-3)**



**Photographic  
Sciences  
Corporation**

23 WEST MAIN STREET  
WEBSTER, N.Y. 14580  
(716) 872-4503

1.0  
1.2  
1.4  
1.6  
1.8  
2.0  
2.2  
2.5

**CIHM/ICMH  
Microfiche  
Series.**

**CIHM/ICMH  
Collection de  
microfiches.**



**Canadian Institute for Historical Microreproductions / Institut canadien de microreproductions historiques**

1.0  
1.2  
1.4  
1.6  
1.8  
2.0  
2.2  
2.5

**© 1983**

Technical and Bibliographic Notes/Notes techniques et bibliographiques

The Institute has attempted to obtain the best original copy available for filming. Features of this copy which may be bibliographically unique, which may alter any of the images in the reproduction, or which may significantly change the usual method of filming, are checked below.

L'Institut a microfilmé le meilleur exemplaire qu'il lui a été possible de se procurer. Les détails de cet exemplaire qui sont peut-être uniques du point de vue bibliographique, qui peuvent modifier une image reproduite, ou qui peuvent exiger une modification dans la méthode normale de filmage sont indiqués ci-dessous.

- Coloured covers/  
Couverture de couleur
- Covers damaged/  
Couverture endommagée
- Covers restored and/or laminated/  
Couverture restaurée et/ou pelliculée
- Cover title missing/  
Le titre de couverture manque
- Coloured maps/  
Cartes géographiques en couleur
- Coloured ink (i.e. other than blue or black)/  
Encre de couleur (i.e. autre que bleue ou noire)
- Coloured plates and/or illustrations/  
Planches et/ou illustrations en couleur
- Bound with other material/  
Relié avec d'autres documents
- Tight binding may cause shadows or distortion along interior margin/  
La reliure serrée peut causer de l'ombre ou de la distortion le long de la marge intérieure
- Blank leaves added during restoration may appear within the text. Whenever possible, these have been omitted from filming/  
Il se peut que certaines pages blanches ajoutées lors d'une restauration apparaissent dans le texte, mais, lorsque cela était possible, ces pages n'ont pas été filmées.
- Additional comments:/  
Commentaires supplémentaires:

- Coloured pages/  
Pages de couleur
- Pages damaged/  
Pages endommagées
- Pages restored and/or laminated/  
Pages restaurées et/ou pelliculées
- Pages discoloured, stained or foxed/  
Pages décolorées, tachetées ou piquées
- Pages detached/  
Pages détachées
- Showthrough/  
Transparence
- Quality of print varies/  
Qualité inégale de l'impression
- Includes supplementary material/  
Comprend du matériel supplémentaire
- Only edition available/  
Seule édition disponible
- Pages wholly or partially obscured by errata slips, tissues, etc., have been refilmed to ensure the best possible image/  
Les pages totalement ou partiellement obscurcies par un feuillet d'errata, une pelure, etc., ont été filmées à nouveau de façon à obtenir la meilleure image possible.

This item is filmed at the reduction ratio checked below/  
Ce document est filmé au taux de réduction indiqué ci-dessous.

10X	14X	18X	22X	26X	30X
<input type="checkbox"/>	<input type="checkbox"/>	<input checked="" type="checkbox"/>	<input type="checkbox"/>	<input type="checkbox"/>	<input type="checkbox"/>
12X	16X	20X	24X	28X	32X

The co  
to the

The im  
possib  
of the  
filming

Origina  
beginn  
the las  
sion, o  
other c  
first p  
sion, a  
or illus

The las  
shall c  
TINUED  
whiche

Maps,  
differ  
entirely  
beginn  
right a  
require  
method

The copy filmed here has been reproduced thanks to the generosity of:




National Library of Canada

The images appearing here are the best quality possible considering the condition and legibility of the original copy and in keeping with the filming contract specifications.

Original copies in printed paper covers are filmed beginning with the front cover and ending on the last page with a printed or illustrated impression, or the back cover when appropriate. All other original copies are filmed beginning on the first page with a printed or illustrated impression, and ending on the last page with a printed or illustrated impression.

The last recorded frame on each microfiche shall contain the symbol  $\rightarrow$  (meaning "CONTINUED"), or the symbol  $\nabla$  (meaning "END"), whichever applies.

Maps, plates, charts, etc., may be filmed at different reduction ratios. Those too large to be entirely included in one exposure are filmed beginning in the upper left hand corner, left to right and top to bottom, as many frames as required. The following diagrams illustrate the method:



L'exemplaire filmé fut reproduit grâce à la générosité de:

Bibliothèque nationale du Canada

Les images suivantes ont été reproduites avec le plus grand soin, compte tenu de la condition et de la netteté de l'exemplaire filmé, et en conformité avec les conditions du contrat de filmage.

Les exemplaires originaux dont la couverture en papier est imprimée sont filmés en commençant par le premier plat et en terminant soit par la dernière page qui comporte une empreinte d'impression ou d'illustration, soit par le second plat, selon le cas. Tous les autres exemplaires originaux sont filmés en commençant par la première page qui comporte une empreinte d'impression ou d'illustration et en terminant par la dernière page qui comporte une telle empreinte.

Un des symboles suivants apparaîtra sur la dernière image de chaque microfiche, selon le cas: le symbole  $\rightarrow$  signifie "A SUIVRE", le symbole  $\nabla$  signifie "FIN".

Les cartes, planches, tableaux, etc., peuvent être filmés à des taux de réduction différents. Lorsque le document est trop grand pour être reproduit en un seul cliché, il est filmé à partir de l'angle supérieur gauche, de gauche à droite, et de haut en bas, en prenant le nombre d'images nécessaire. Les diagrammes suivants illustrent la méthode.

aire  
a détails  
ques du  
t modifier  
iger une  
e filmage

d/  
juées

aire

by errata  
ned to

ment  
une pelure,  
façon à

.



32X

Georges-Alphonse  
DAVIAULT



1793  
1878 à 85 ans  
G. P. Cartier

MARQUEM. CARTIER.



*Victor Morine*  
*Montréal*

REVELLAT, Sc.

# L'OFFICE

DE LA

SEMAINE

SAINTE,

SELON LE MESSEL


& Breviaire Romain;

Avec l'explication des sacrés Mysteres représentés  
par les cérémonies de cet Office. L'Ordinaire de  
la Messe, les Sept Pseaumes de la Pénitence, les  
Litanies des Saints, & les Prières pour la Con-  
fession & Communion, tirées de l'Ecriture Sainte.

---

*Imprimé sur la meilleure Edition de Paris.*

---



A MONTREAL;

Chez FLEURY MESPLET & CHARLES  
BERGER, Imprimeurs & Libraires.

---

M, DCC, LXXVIII,



CANADA


NATIONAL LIBRARY

BIBLIOTHÈQUE NATIONALE

BX2010

A 2

1778 RES.



L'ORDINAIRE

D E

# LA MESSE.

*Le Prêtre étant au pied de l'Autel, fait le signe de la Croix, & dit ce qui suit avec les Ministres qui lui épondent.*

In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.  
R. Amen.

**I**Ntroibo ad Altare Dei.

R. Ad Deum qui lætificat juventutem meam.

Judica me Deus, & discerne causam meam de gente non sancta: ab homine iniquo & doloso erue me.

R. Quia tu es, Deus, fortitudo mea, quare me repulisti, & quare tristis incedo, dum affligit me inimicus.

Emitte lucem tuam & veritatem tuam: ipsa me deduxerunt, & adduxerunt in montem sanctum tuum & in tabernacula tua.

R. Et introibo ad altare Dei, ad Deum qui lætificat juventutem meam.

Confiteor tibi in cythara, Deus, Deus meus: quare tristis es anima mea, & quare conturbas me.

R. Spera in Deo quoniam adhuc confitebor illi salutare vultus mei & Deus meus.

Gloria Patri & Filio, & Spiritui sancto.

R. Sicut erat in principio & nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

Introibo ad altare Dei.



R. Ad Deum qui lætificat juventutem meam.

Adjutorium nunc in nomine Domini.

R. Qui fecit cœlum & terram.

Confiteor Deo omnipotenti, beatæ Mariæ semper Virgini, beato Michaeli Archangelo, beato Joanni Baptistæ, Sanctis Apostolis Petro & Paulo, omnibus Sanctis, & vobis fratres, quia peccavi nimis cogitatione, verbo & opere: Mea culpa, mea culpa, mea maxima culpa. Ideo precor beatam Mariam semper Virginem, beatatum Michaellem Archangelum, beatum Joannem Baptistam, Sanctos Apostolos Petrum & Paulum, omnes Sanctos, & vos fratres, orare pro me Dominum Deum nostrum.

R. Misereatur tui omnipotens Deus, & dimissis peccatis tuis, perducatur te ad vitam æternam.

*Le Prêtre répond; Amen.*

Confiteor Deo omnipotenti, beatæ Mariæ semper Virgini, beato Michaeli Archangelo, beato Joanni Baptistæ, sanctis Apostolis Petro & Paulo, omnibus Sanctis, & tibi Pater, quia peccavi nimis cogitatione, verbo & opere: Mea culpa, mea culpa, mea maxima culpa. Ideo precor beatam Mariam, semper Virginem, beatum Michaellem Archangelum, beatum Joannem Baptistam, sanctos Apostolos Petrum & Paulum, omnes Sanctos, & te Pater, orare pro me ad Dominum Deum nostrum.

*Le Prêtre répond.*

Misereatur vestri omnipotens Deus, & dimissis peccatis vestris, perducatur vos ad vitam æternam.

R. Amen.

Indulgentiam, absolutionem & remissionem peccatorum nostrorum tribuat nobis omnipotens & misericors Dominus. R. Amen.

Deus tu conversus vivificabis nos.

R. Et plebs tua lætabitur in te.

Ostende nobis, Domine, misericordiam tuam.

R. Et salutare tuum da nobis.

Domine exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

Dominus vobiscum. R. Et cum Spiritu tuo.

*Le Prêtre montant à l'Autel, dit :*

O R E M U S.

Aufer à nobis, quæsumus Domine, iniquitates nostras, ut ad sancto sanctorum puris mereamur mentibus introire.

Per Christum Dominum nostrum. Amen.

*En baisant l'Autel il dit :*

Oramus te Domine, per merita Sanctorum tuorum, quorum reliquæ hic sunt, & omnium Sanctorum, ut indulgere digneris omnia peccata mea.

Amen.

*Faisant le signe de de la Croix, il dit l'Introit. du jour, après lequel il dit :*

Kyrie eleison.

R. Kyrie eleison.

Kyrie eleison.

R. Christe eleison.

Christe eleison.

R. Christe eleison.

Kyrie eleison.

R. Kyrie eleison.

Kyrie eleison.

*Le Cantique suivant ne se dit en Carême qu'aux Messes des Fêtes.*

Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Laudamus te. Benedicimus te. Adoremus te. Glorificamus te. Gratias agimus tibi propter magnam gloriam tuam: Domine Deus, Rex cælestis, Deus Pater omnipotens: Domine Fili unigenite Jesu-Christe, Domine Deus, Agnus Dei, Filius Patris: Qui tollis peccata mundi, miserere nobis. Qui tollis peccata mundi, suscipe deprecationem nostram. Qui sedes ad dexteram Patris, miserere nobis. Quoniam tu solus sanctus: Tu solus Dominus: Tu solus altissimus. Jesu-Christe, cum Sancto Spiritu, in gloria Dei Patris. Amen.

*Se tournant vers le Peuple, il dit :*

Dominus vobiscum. R. Et cum Spiritu tuo.

*Après l'Épître, il s'incline devant l'Autel; & dit :*

Munda cor meum ac labia mea, omnipotens Deus,

quilabia mea Isaiæ Prophetæ calculo mundasti ignito:  
ita me tuâ gratâ miseratione dignare mundare, ut  
sanctum Evangelicum tuum dignè valeam nuntiare.  
Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Jube Domne benedicere.

Dominus sit in corde meo & in labiis meis, ut  
dignè & compenter annuntiem Evangelicum suum.  
Amen.

*Avant que de lire l'Évangile, il dit :*

Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

Sequentia, ou Initium sancti Evangelii secun-  
dum N.

R. Gloria tibi, Domine.

*Il lit l'Évangile, à la fin duquel le Ministre répond :*

Laus tibi Christe.

*Le Prêtre baisant l'Évangile, dit :*

Per Evangelica dicta deleantur nostra delicta.

*Aux Dimanches & à certaines Fêtes, il dit le Symbale  
suivant.*

Credo in unum Deum, Patrem omnipotentem,  
factorem cœli & terræ, visibilibus omnium & invi-  
sibilibus.

Et in unum Dominum Jesum Christum Filium  
Dei unigenitum. Et ex Patre natum ante omnia sæ-  
cula : Deum de Deo, lumen de lumine, Deum  
verum de Deo vero, Genitum, non factum con-  
substantiali Patri, per quem omnia facta sunt.

Qui propter nos homines, & propter nostram sa-  
lutem descendit de cœlis. Et incarnatus est de Spi-  
ritu sancto, ex Mariâ Virgine : ET HOMO FAC-  
TUS EST. Crucifixus etiam pro nobis : sub Pontio  
Pilato, passus & sepultus est. Et resurrexit tertiâ  
die secundum Scripturas. Et ascendit in cœlum,  
sedet ad dexteram Patris. Et iterum venturus est  
cum gloriâ judicare vivos & mortuos. Cujus regni  
non erit finis.

Et in Spiritum sanctum Dominum, & vivifican-  
tem. Qui ex Patre Filioque procedit. Qui cum Pa-  
tre & Filio simul adoratur & conglorificatur. Qui  
locutus est per Prophetas.

DE LA MESSE. 7

Et unam, sanctam, catholicam & apostolicam  
Ecclesiam. Confiteor unum Baptisma in remissionem  
peccatorum. Exspecto resurrectionem mortuorum.  
Et vitam venturi sæculi. Amen.

*Après le Symbole, il se tourne vers le Peuple, & dit :*  
Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

*Il dit l'Offertoire du jour, après lequel il prend la  
Patene, & offrant le pain qui doit être consacré, dit :*

Suscipe, sancte Pater, omnipotens æterne Deus,  
hanc immaculatam hostiam, quam ego indignus  
famulus tuus offero tibi Deo meo vivo & vero, pro  
innumerabilibus peccatis, & offensionibus & negli-  
gentiis meis, & pro omnibus circumstantibus, sed  
& pro omnibus fidelibus Christianis vivis atque de-  
functis: ut mihi & illis proficiat ad salutem in vi-  
tam æternam. Amen.

*Ensuite il met le vin & l'eau dans le Calice, disant :*

Deus, qui humanæ substantiæ dignitatem mirabi-  
liter condidisti, & mirabilius reformasti; da nobis  
per hujus aquæ & vini misterium, ejus divinitatis  
esse confortes, qui humanitatis nostræ fieri dignatus  
est particeps, Jesus Christus Filius tuus, Dominus  
noster: Qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritus  
sancti Deus. Per omnia sæcula sæculorum. Amen.

*Offrant le Calice, il dit :*

Offerimus tibi, Domine, Calicem salutaris, tu-  
am deprecantes clementiam, ut in conspectu divinæ  
majestatis tuæ pro nostrâ & totius mundi salute cum  
odore suavitatis ascendat. Amen.

In spiritu humilitatis; & in animo contrito susci-  
piamur à te, Domine, & sic fiat sacrificium nostrum  
in conspectu tuo hodiè, ut placeat tibi, Domine  
Deus.

Veni, Sanctificator omnipotens æterne Deus,  
& benedic hoc sacrificium tuo sancto nomini præ-  
paratum.

*Il lave ses doigts, en disant :*

Lavabo inter innocentes manus meas, & circum-  
dabo altare tuum, Domine.

L'ORDINAIRE

Ut audiam vocem laudis tuæ , & enarrem universa  
mirabilia tua.

Domine , dilexi decorem domûs tuæ , & locum  
habitationis gloriæ tuæ.

Ne perdas cum impiis , Deus , animam meam ,  
& cum viris sanguinum vitam meam.

In quorum manibus iniquitates sunt , dextera  
eorum repleta est muneribus.

Ego autem in innocentiam meam ingressus sum : re-  
dime me , & miserere mei.

Pes meus stetit in directo : in Ecclesiis benedi-  
cam te , Domine.

Gloria Patri , & Filio & Spiritui sancto.

Sicut erat in principio & nunc & semper , & in  
secula seculorum. Amen.

*S'inclinant au milieu de l'Autel , il dit :*

Suscipe , sancta Trinitas , hanc oblationem quam  
tibi offerimus ob memoriam Passionis , Resurrectio-  
nis , & Ascensionis Jesu Christi Domini nostri : &  
in honorem beatæ Mariæ semper Virginis , beati  
Joannis Baptistæ , & sanctorum Apostolorum Petri  
& Pauli , & istorum , & omnium Sanctorum , ut  
illis proficiat ad honorem , nobis autem ad salutem ,  
& illi pro nobis intercedere dignentur in cœlis , quo-  
rum memoriam agimus in terris. Per eundem Chris-  
tum Dominum nostrum.

*Puis se tournant vers le Peuple , il dit :*

Orate , fratres , ut meum ac vestrum sacrificium  
acceptabile fiat apud Deum Patrem omnipotentem.

*Le peuple , répond :*

Suscipiat Dominus hoc sacrificium de manibus  
tuis ad laudem & gloriam nominis sui , ad utilita-  
tem quoque nostram , totiusque Ecclesiæ suæ sanctæ.

*Le Prêtre dit à voix basse : Amen.*

*Et recite la Secrette , à la fin de laquelle il dit à haute  
voix la Préface :*

Per omnia sæcula sæculorum. R. Amen.

Dominus vobiscum.


R. Et cum spiritu tuo.

Sursum corda. R. Habemus ad Dominum.

Gratias agamus Domino Deo nostro.

R. Dignum & justum est.

Verè dignum & justum est, æquum & salutare, nos tibi semper & ubique gratias agere, Domine sancte Pater, omnipotens, æternæ Deus, per Christum Dominum nostrum. Per quem Majestatem tuam laudant Angeli, adorant, Dominationes, tremunt Potestates, cœli cœlorumque virtutes ac beatæ Seraphim sociâ exultatione conselebrant. Cum quibus & nostras voces, ut ad mitti jubeas, deprecamur, supplicii confessione dicentes: Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabaoth: Pleni sunt cœli & terra gloriâ tuâ. Hosanna in excelsis. Benedictus qui venit in nomine Domini. Hosanna in excelsis.



LE CANON

DE LA MESSE.

*Le Prêtre s'inclinant profondement, dit :*

**T**E igitur clementissime Pater, per Jesum Christum Filium tuum, Dominum nostrum, supplices rogamus, ac petimus, uti accepta habeas & benedicas hæc † dona, hæc † munera, hæc † sancta sacrificia illibata, in primis que tibi offerimus pro Ecclesiâ tuâ sancta Catholicâ, quam pacificare, custodire, adunare & regere digneris, toto orbe terrarum, unâ cum famulo tuo Papâ nostro N. & Antistite nostro N. & omnibus Orthodoxis, atque Catholicæ & Apostolicæ fidei cultoribus.

*Commemoration des vivans.*

Memento, Domine, famulorum famularumque tuarum N. & N.

*Ici il prie pour ceux pour qui il veut offrir le saint Sacrifice.*

Et omnium circumstantium, quorum tibi fides cognita est, & nota devotio, pro quibus tibi offerimus, vel qui tibi offerunt hoc sacrificium laudis.

PO L' ORDINAIRE

pro se, suisque omnibus, pro redemptione animarum, pro spe salutis & incolumitatis suæ, tibi que reddunt vota sua æterno Deo, vivo & vero.

Communicantes, & memoriam venerantes, in primis gloriosæ semper Virginis Mariæ, Genitricis Dei & Domini nostri Jesu Christi, sed & beatorum Apostolorum & Martirum tuorum Petri & Pauli, Andree, Jacobi, Joannes, Thomæ, Jacobi, Philippi, Bartholomæi, Mathæi, Simonis, & Thadæi, Lini, Cleti, Clementis, Xisti, Cornelii, Cypriani, Laurentii, Chrysoconi, Joannis & Pauli, Cosmæ & Damiani, & omnium Sanctorum tuorum, quorum meritis precibusque concedas, ut in omnibus protectionis tuæ muniamur auxilio. Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

*Tenant ses mains étendues sur l'Hostie & sur le Calice, il dit :*

Hanc igitur, oblationem servitutis nostræ, sed & cunctæ familiæ tuæ, quæsumus, Domine, ut placatus accipias, diesque nostros in tuâ pace disponas, atque ab æternâ damnatione nos eripi, & in electorum tuorum jubeas grege numerari. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Quam oblationem, in omnibus, quæsumus benedictam, adscriptam, raptam, rationabilem, acceptabilemque facere digneris, ut nobis Corpus & Sanguinis fiat dilectissimi filii tui Domini nostri Jesu Christi.

*La Consécration.*

Qui pridie quàm pateretur, accepit panem in sanctas ac venerabiles manus suas, & elevatis oculis in cælum ad te Deum patrem suum omnipotentem, tibi gratias agens benedixit, fregit, dedit que discipulis suis, dicens: ACCIPITE & manducate ex hoc omnes; HOC EST ENIM CORPUS MEUM.

*Après avoir adoré à genoux le Corps de Jesus-Christ, il l'éleve pour le faire adorer au peuple:*

Simili modo postquam cœnatum est, accipiens & hunc præclarum Calicem in sanctas ac venerabiles manus suas, item tibi gratias agens, benedixit de-

ditque discipulis suis, dicens: Accipite & bibite ex eo omnes; HIC EST ENIM CALIX SANGUINIS MEI, -NOVI ET ÆTERNI TESTAMENTI, (MYSTERIUM FIDEI) QUI PRO VOBIS ET PRO MULTIS EFFUNDETUR IN REMISSIONEM PECCATORUM. Hæc quotiescumque feceritis, in mei memoriam facietis.

*Et après avoir adoré le Sang de Jêsus-Christ, il l'élève pour le faire adorer au peuple, puis il dit:*

Unde & memores, Domine, nos servi tui, sed & plebs tua sancta, ejusdem Christi filii tui Domini tam beatæ Passionis, necnon & ab inferis Resurrectionis, sed & in cœlos gloriosæ Ascensionis, offerimus præclaræ Majestati tuæ, de tuis donis ac datis Hostiam † sanctam, Hostiam † puram, Hostiam † immaculatam, Panem sanctum vitæ æternæ & † Calicem salutis perpetuæ.

Supra quæ propicio ac sereno vultu respicere digneris, & accepta habere: sicut accepta habere dignatus es munera pueri tui justi Abel, & sacrificium Patriarchæ nostri Abrahamæ, & quod tibi obtulit summus Sacerdos tuus Melchisedech, sanctum sacrificium, immaculatam Hostiam.

*Puis s'inclinant profondement, il dit:*

Supplices te rogamus, omnipotens Deus, jube hæc perferri per manus sancti Angeli tui in sublime tuum, in conspectu divinæ Majestatis tuæ: ut quotquot ex hâc altaris participatione sacro-sanctum filii tui Corpus † & Sanguinem † sumpserimus, omnium benedictione † cœlesti & gratiâ repleamur. Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

*Commemoration pour les morts.*

Memento etiam, Domine, famulorum famularumque tuarum N. & N. qui nos præcesserunt cum signo fidei, & dormiunt in somno pacis.

*Ici il prie pour les morts, pour qui particulièrement il veut prier.*

Ipsis, Domine, & omnibus in Christo quiescentibus, locum refrigerii, lucis & pacis, ut indulgeas deprecamur, Per eundem Christum Dominum, &c.



*Puis frappant sa poitrine, il dit d'une voix un peu élevée :*

Nobis quoque peccatoribus, famulis tuis de multitudine miserationum tuarum sperantibus partem aliquam & societatem donare digneris, cum tuis sanctis Apostolis & Martyribus, cum Joanne, Stephano, Matthia, Barnaba, Ignatio, Alexandro, Marcellino, Petro, Felicitate, Perpetuâ, Agatha, Luciâ, Agnete, Ceciliâ, Anastasiâ, & omnibus Sanctis tuis, intra quorum nos consortium, non æstimator meriti, sed veniæ, quæsumus, largitor admitte. Per Christum Dominum nostrum, Amen.

Per quem hæc omnia, Domine, semper bonæ creas, † sanctificas, † vivificas † benedicis & præstas nobis: Per † ipsum, & cum † ipso, & in † ipso est tibi Deo Patri omnipotenti, in unitate Spiritus sancti, omnis honor & gloria.

*Le Prêtre ayant un peu élevé le Calice avec l'Hostie, dit à haute voix :*

Per omnia sæcula sæculorum. R. Amen.

*Oremus.*

Præceptis salutaribus moniti, & divinâ institutione formati, audemus dicere.

Pater noster, qui es in cœlis: Sanctificetur nomen tuum; Adveniat regnum tuum; Fiat voluntas tua, sicut in cœlo & in terra: Panem nostrum quotidianum da nobis hodiè: Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimitemus debitoribus nostris: Et ne nos inducas in tentationem.

R. Sed libera nos à malo.

*Le Prêtre répond tout bas.*

Amen.

Libera nos quæsumus, Domine, ab omnibus malis præteritis, præsentibus & futuris, & intercedente beatâ & gloriosâ semper Virgine Dei genitrice Mariâ, cum beatis Apostolis tuis Petro & Paulo, atque Andréâ, & omnibus sanctis, da propitius pacem in diebus nostris ut opè misericordie tue adjuti, & à peccato firmus semper liberi & ab omni perturbatione securi, Per eundem Dominum nostrum

nostrum

nostrum Jesum Christum filium tuum qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritus sancti Deus: Per omnia secula seculorum. R. Amen.

Pax Domini sit semper vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

*Ensuite il met dans le Calice une petite partie de l'Hostie qu'il a rompue en trois, & dit:*

Hæc commixtio & consecratio Corporis & sanguinis Domini nostri Jesu Christi, fiat accipientibus nobis in vitam æternam. Amen.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miserere nobis.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miserere nobis.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, dona nobis pacem.

*Aux Messes des Morts, au lieu de dire:*

Miserere nobis. Et Dona nobis pacem.

*On dit.*

Dona eis requiem. Et Dona eis requiem sempiternam.

*Le Prêtre dit tout bas les trois Oraisons suivantes, en omettant la troisième aux Messes des Morts.*

Domine Jesu Christe, qui dixisti Apostolis tuis: Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis; ne respicias peccata mea, sed fidem Ecclesiæ tuæ, eamque secundum voluntatem tuam pacificare & cõadunare digneris: Qui vivis & regnas Deus, per omnia secula seculorum. Amen.

Domine Jesu Christe fili Dei vivi, qui ex voluntate Patris, cooperante Spiritu sancto, per mortem tuam mundum vivificasti; libera me per hoc sacro-sanctum Corpus & Sanguinem tuum, ex omnibus iniquitatibus meis & universis malis, & fac me tuis semper inhærere mandatis, & à te nunquam separari permittas: Qui cum Deo Patre & Spiritu sancto vivis & regnas, &c.

Perceptio Corporis tui, Domine Jesu Christe, quod ego indignus sumere præsumo, non mihi proveniat in judicium & condemnationem; sed pro

tua pietate profit mihi ad tutamentum mentis & corporis, & ad medelam percipiendam. Qui vivis & regnas cum Deo. Patre, &c.

*Après avoir adoré la sainte Hostie, il la prend entre ses mains, disant :*

Panem cœlestum accipiam, & nomen Domini invocabo.

*Puis frapant sa poitrine, il dit un peu haut :*

Domine, non sum dignus ut intres sub tectum meum; sed tantum dic verbo, & sanabitur anima mea.

Domine, non sum dignus ut intres sub tectum meum; sed tantum dic verbo, & sanabitur anima mea.

Domine, non sum dignus ut intres sub tectum meum; sed tantum dic verbo, & sanabitur anima mea.

*Il fait le signe de la Croix avec l'Hostie, disant :*

Corpus Domini nostri Jesu Christi, custodiat animam meam in vitam æternam. Amen.

*Ayant reçu le Corps de Notre-Seigneur, il prend le Calice, disant :*

Quid retribuam Domino, pro omnibus quæ retribuit mihi? Calicem salutaris accipiam, & nomen Domini invocabo. Laudans invocabo Dominum, & ab inimicis meis salvus ero.

*Il fait le signe de la Croix avec le Calice, disant :*

Sanguis Domini nostri Jesu Christi, custodiat animam in vitam æternam. Amen.

*Après avoir reçu le Sang de Notre-Seigneur, il prend du vin dans le Calice pour la première ablution,*

*Et dit :*

Quod ore sumpsimus, Domine, purâ mente capiamus, & de munere temporali fiat nobis remedium sempiternam.

*Prenant du vin & de l'eau dans le Calice pour la seconde ablution, il dit :*

Corpus tuum, Domine, quod sumpsi, & Sanguis quem potavi, adhæreat visceribus meis, & præsta ut in me non remaneat scelerum macula,

quem pura & sancta refecerunt Sacramenta. Qui vivis & regnas in sæcula sæculorum. Amen.

*Il dit l'Antienne qu'on appelle Communion, après laquelle se tournant vers le peuple, il dit :*

Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

*Il dit l'Oraison appelée Post-Communion, & se tournant vers le peuple, il dit une seconde fois :*

Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

Ite Missa est. R. Deo gratias.

*Aux Messes où le Gloria in Excelsis n'a point été dit étant retourné vers l'Autel, il dit :*

Benedicamus Domino. R. Deo gratias.

*Aux Messes pour les morts, il dit :*

Requiescant in pace. R. Amen.

*Le Prêtre s'inclinant au milieu de l'Autel, dit cette Prière :*

Placeat tibi sancta Trinitas, obsequium servitutis meæ, & præsta ut sacrificium quod oculis tuæ Majestatis indignus obtuli, sit tibi acceptabile, mihi-que & omnibus, pro quibus illud obtuli, sit te miserante propitiabile. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

*Ayant baisé l'Autel, il se tourne vers le peuple, à qui il donne la bénédiction, laquelle ne se donne point aux Messes des morts.*

Benedicat vos omnipotens Deus, Pater, & Filius, & Spiritus sanctus. R. Amen.

*Ensuite il lit l'Evangile de saint Jean, ou quel- qu'autre, selon qu'il est marqué.*

Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

Innitiu[m] sancti Evangelii secundum Joannem.

R. Gloria tibi Domine.

In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum & Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt : & sine ipso factum est nihil quod factum est, in ipso vita erat, & vita erat lux hominum & lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt. Fuit homo missus à Deo cui nomen erat Joannes. Hic venit in testimonium : ut testimonium perhiberet

de lumine: ut omnes crederent per illum. Non erat ille lux, sed ut testimonium perhiberet de lumine, erat lux vera quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. In mundo erat & mundus per ipsum factus est: & mundus eum non cognovit. In propria venit, & sui eum non receperunt. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri his qui credunt in nomine ejus, qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt. **ET VERBUM CARO FACTUM EST:** Et habitavit in nobis: & vidimus gloriam ejus, gloriam quasi unigeniti à Patre: plenum gratiæ & veritatis.

R. Deo gratias.





P O U R

## L E D I M A N C H E

## D E S R A M E A U X

Tierce étant finie, & l'aspersion de l'eau faite à l'accoutumée, le Prêtre marche vêtu d'un Pluvial violet, où sans Chasuble, avec les Ministres revêtus de la même couleur, & les Rameaux posés sur le milieu de l'Autel, ou au côté de l'Épître, le Chœur chante l'Antienne suivante.

**H**osanna Filio David : Benedictus qui venit in Nomine Domini : ô Rex Israel ! Hosanna in excelsis.

Cette voix, *Hosanna*, se remarque de deux significations : l'une comme divisée en deux paroles, *Hosianna*, qui veut dire : Sauvez-nous, je vous prie ; l'autre n'étant qu'un seul mot ; qui signifie, Branches d'arbres repandues çà & là pour quelque sujet d'honneur, ainsi que faisoient les Juifs dedans le Temple en quelques-unes de leurs Fêtes, où tournant à l'entour, ils portoient l'Hosanne, c'est-à-dire, des branches d'arbres ; mais ils crièrent si haut à l'endroit de Jesus-Christ, disant : *Hosanna Filio David*, donnons des Rameaux au Fils de David, comme si nous disions : Vive, Vive, à l'entrée de quelque Grand, que depuis personne ne fut reçu avec ces Rameaux, parce que ce mystère étoit réservé aux jours de Fêtes, seulement à Dieu.

v. Dominus vobiscum.

r. Et cum Spiritu tuo.

Oremus

**D**Eus, quem diligere & amare, justitia est, ineffabilis gratiæ tuæ in nobis dona multiplica: & qui fecisti nos in morte filii tui sperare quæ credimus, fac nos eodem resurgente pervenire quò tendimus. Qui tecum vivit & regnat, &c.

Le. Soudiacre chante au ton de l'Épître la Leçon qui suit, après laquelle il baise la main du Prêtre.

**I**N diebus illis: Venerunt filii Israel in Elim ubi erant duodecim fontes aquarum, & septuaginta palmæ, & castramentati sunt juxtà aquas. Profectique sunt de Elim: & venit omnis multitudo filiorum Israel in desertum Sin, quod est inter Elim & Sinai, quintodecimo die mensis secundi, postquam egressi sunt de terra Ægypti. Et murmuravit omnis congregatio filiorum Israel contra Moïsem & Aaron insolitudine. Dixeruntque ad eos filii Israel. Utinam mortui essemus per manum Domini in terra Ægypti, quando sedebamus super ollas carniū, & comedebamus panem in saturitate. Cur induxistis nos in desertum istud, ut occideretis omnem multitudinem fame? Dixit autem Dominus ad Moïsem: Ecce ego pluam vobis panem de cœlo. Egrediatur populus, & colligat quæ sufficiunt per singulos dies: ut tentem eum utrum ambulet in leges mea, an non; Die autem sexto, parent quod inferant, & sit duplum quàm colligere solebant per

singulos dies. Dixeruntque Moises & Aaron ad omnes filios Israel: Vesperescietis, quod Dominus eduxerit vos de terra Ægypti: & manè videbitis gloriam Domini.

Au lieu du Graduel, on chante le Répons suivant, pour nous faire souvenir que les biens qui nous ont été donnés en Jésus-Christ par le souverain Pere, nous sont communiqués par le moyen de la mort du même Rédempteur.

Puis on chante pour le Graduel.

**C**ollegerunt Pontifices & Pharisei concilium, & dixerunt: quid facimus? quia hic homo multa signa facit. Si dimittimus eum sic, omnes credent in eum. Et venient Romani, & tollent nostrum locum, gentem.

v. Unus autem ex illis, Caïphas nomine, cum esset Pontifex anni illius, prophetavit, dicens: Expedit vobis ut unus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat. Ab illo ergo die cogitaverunt interficere eum, dicentes: Et venient Romani.

*Autre Répons.*

**I**N monte Oliveti oravit ad Patrem: Pater, si fieri potest, transeat à me calix iste. \* Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma: fiat voluntas tua.

v. Vigilate & orate, ut non intretis in tentationem. \* Spiritus.

Le Diaere ayant dit, *Munda cor meum*, & ayant reçu la bénédiction du Prêtre, chante l'Évangile suivante.



*Sequentia S. Evangelii secundum Matthæum.*

**I**N illo tempore : Cùm appropinquasset  
 Jesus Jerusolymis, & venisset Bethphage,  
 ad montem Oliveti : tunc misit duos  
 Discipulos suos, dicens eis : Ite in Cas-  
 tellum quod contra vos est : & statim  
 invenietis asinam alligatam & pullum cum  
 ea : Solvite, & adducite mihi. Et si quis  
 vobis aliquid dixerit; discite, quia Dominus  
 his opus habet, & confestim dimittet eos.  
 Hoc autem totum factum est, ut adim-  
 pleretur quod dictum est per prophetam  
 dicentem : Dicite filiæ Sion : Ecce Rex  
 tuus venit tibi mansuetus, sedens super  
 asinam & pullum filium subjugalis. E-  
 untes autem Discipuli, fecerunt sicut præ-  
 ceperat illis Jesus. Et adduxerunt asinam  
 & pullum, & imposuerunt super eos vesti-  
 menta sua, & eum desuper sedere fecerunt.  
 Plurima autem turba straverunt vestimen-  
 ta sua in via, alli autem cædebant ramos  
 de arboribus, & sternebant in via. Turbæ  
 autem quæ præcedebant & quæ seque-  
 bantur, clamabant, dicentes : Hosanna fi-  
 lio David. Benedictus qui venit in nomine  
 Domini.

Le Mont d'Olivet étoit distant de Jerusalem d'u-  
 ne demi-lieuë du côté d'Orient, & la vallée de Ce-  
 dron se voyoit entre deux, d'où, comme le Sei-  
 gneur s'approchoit, la troupe vint à le rencontrer.  
 Et pour rendre témoignage d'un si glorieux tri-  
 omphe, on dit que la Palme où le Peuple prit les  
 branches, se voit encore aujourd'hui verdoyante,

au lieu appellé Faringe. Mais les rameaux sont benis en ce jour, & distribués par le Prêtre, bien qu'ils ne le fussent pas pour lors par Jesus-Christ, le Peuple Hebreu les ayant disposés de la sorte sans en connoître le mystere: mais quant à nous qui sommes guidés du S. Esprit, nous les devons sanctifier par l'Oraison. Or les Juifs portant ces rameaux avant que Jesus-Christ eût remporté la victoire contre le Diable, il ne falloit pas qu'il les benit, ni qu'il les distribuât. Que si ces choses sont faites par l'Eglise, c'est qu'elle voit ce mystere accompli. De sorte que Notre-Seigneur étant le triomphateur, & nous autres ayant à triompher du siècle par lui, c'est fort à propos que la bénédiction & la distribution se fait par le Prêtre, qui représente Jesus-Christ.

Ensuite l'on benit les rameaux, & pour lors le Prêtre dit au ton que les Oraisons sont dites durant les Heures du jour

v. Dominus vobiscum. r. Et cum Spiritu tuo.

*Oremus.*

**A**UGE fidem in te sperantium, Deus, & supplicum preces clementer exaudi: veniat super nos multiplex misericordia tua: benedicantur & hi palmites palmarum, seu olivarum: & sicut in figura Ecclesie multiplicasti Noe egredientem de arca, & Moïsem exeuntem de Ægypto cum filiis Israel: ita nos portantes palmas, & ramos olivarum, bonis actibus occurramus obviam Christo & per ipsum in gaudium introeamus æternum. Qui tecum vivit & regnat, &c.

Ici se change la voix au ton de la Préface du jour de la ferie, pour nous exciter à louer Dieu avec les Anges, & nous exhorter d'être attentifs aux Mysteres divins que l'on commence à représenter.

**P**Er omnia sæcula sæculorum.

R. Amen.

v. Dominus vobiscum.

R. Et cum Spiritu tuo.

v. Surfum corda.

R. Habemus ad Dominum.

v. Gratias agamus Domino Deo nostro.

R. Dignum & justum est.

v. Verè digneum & justum est, æquum & salutare, nos tibi semper & ubique gratiās agere, Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus. Qui gloriaris in consilio Sanctorum tuorum. Tibi enim seruiunt creaturæ tuæ: quia te solum authorem & Deum cognoscunt: & omnis factura tua te collaudat, & benedicunt te Sancti tui. Quia illud magnum Unigeniti tui nomen, coram regibus & potestatibus hujus sæculi, libera voce confitentur. Cui assistunt Angeli & Archangeli, Throni & Dominationes: cumque omni militia cœlestis exercitus hymnum gloriæ tuæ concinnunt, sine fine dicentes:

*Le Chœur chante.*

Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Sabaoth. Pleni sunt cœli & terra gloriâ tuâ, Hosanna in excelsis. Benedictus qui venit in nomine Domini, Hosanna in excelsis.

Ces Oraisons montrent quel est ce Mystere, & les Rameaux d'Olive & de Palme font connoître que les hommes étant aidés d'en haut, arrivent à la grace.

v.  
R.

**P**ura  
pro  
ad a  
& f  
ea r  
anin  
nost  
men

**D**am  
Ben  
quo  
deli  
cum  
tion  
tur,  
ra t  
tus  
tecu

**D**fatic  
da  
fide

v. Dominus vobiscum.

R. Et cum Spiritu tuo.

*Oremus.*

**P**etimus, Domine, sancte Pater omnipotens æterne Deus, ut hanc creaturam olivæ, quam ex ligni materia prodire jussisti, quamque Columba rediens ad arcam, proprio pertulit ore, benedicere & sanctificare digneris: ut quicumque ex ea receperint, accipiant sibi protectionem animæ & corporis: fiatque, Domine, nostræ salutis remedium, tuæ gratiæ sacramentum. Per Dominum nostrum. R. Amen.

*Oremus.*

**D**eus, qui dispersa congregas & congregata, conservas: qui populi obviam Jesu ramos portantibus, benedixisti: Benedic etiam hos ramos palmæ & olivæ, quos tui famuli ad honorem nominis tui fideliter suscipiunt: ut in quemcumque locum introducti fuerint, tuam benedictionem habitatores loci illius consequantur, & omni adversitate effugata, dextera tua protegat quos redemit Jesus-Christus Filius tuus Dominus nostet. Qui tecum vivit & regnat, &c.

*Oremus.*

**D**eus, qui miro dispositionis ordine, ex rebus etiam insensibilibus, dispensationem nostræ salutis ostendere voluisti: da quæsumus, ut devota tuorum corda, fidelium salubriter intelligant, quid mys-

ticè designet in facto, quod hodiè cœlesti lumine afflata, Redemptori obviam procedens, palmarum atque olivarum ramos vestigiis ejus turba subtravit. Palmarum igitur rami de mortis Principe triumpho expectant: surculi verò olivarum spiritua-lem unctionem advenisse, quodammodo clamant Intellexit enim jam tunc illa hominum beata multitudo præfigurari: quia Redemptor noster humanis condolens miseriis pro totius mundi vita cum mortis principibus esset pugnaturus ac moriendo triumphaturus. Et ideo talia obsequens administravit, quæ in illo & triumphos victoriæ, & misericordiæ pringuedinem declarent: quod nos queque plenâ fide, & factum & significatum retinentes; te Domine sancte Pater, omnipotens æterne Deus, per eundem Dominum nostrum Jesum Christum suppliciter exoramus, ut in ipso, atque per ipsum, cujus nos membra fieri valuisti, de mortis imperio victoriam reportantes, ipsius gloriosæ resurrectionis participes esse mereamur. Qui, &c.

*Oremus.*

**D**eus, qui per olivæ ramum pacem terris columbam nuntiare jussisti, præta quæsumus: ut hos olivæ, cæterarumque arborum ramos, cœlisti benedictione sanctifices, ut cuncto populo tuo proficiant ad salutem. Per Christum Dominum nostrum.

*Oremus.*

*Oremus.*

**B**enedic, quæsumus Domine, hos palmarum, seu olivarum ramos: & præsta ut quos populus tuus in tui venerationem hodiernâ die corporaliter agit, hoc spiritualiter summâ devotione perficiat, de hoste victoriam reportando, & opus misericordiæ sursumopere diligendo. Per Dominum nostrum.

R. Amen.,

Ici les rameaux sont arrosés d'Eau benite, en disant l'Antienne *Asperges me*, sans chant & sans Pseume, & les olives ou rameaux sont encensés.

v. Dominus vobiscum.

R. Et cum Spiritu tuo.

*Oremus.*

**D**Eus, qui Filium tuum Jesum Christum Dominum nostrum pro salute nostra in hunc mundum misisti, ut se humiliaret ad nos, & nos revocaret ad te: cui etiam dum Jerusalem veniret, ut adimpleret Scriptura, credentium populorum turba; fidelissimâ devotione, vestimenta sua cum ramis palmarum in via sternebant; præsta quæsumus, ut illi fidei vivam præparemus: de qua, remoto lapide offensionis, & petra scandali, frondeant apud te opera nostræ justitiæ ramis; ut ejus vestigia sequi mereamur. Qui tecum vivit & regnat, &c.

Lorsque le Chœur chante les Antiennes suivantes, la distribution des Rameaux se fait.

*Ant.* Pueri Hebræorum portantes ra-

C

mos olivarum, obviaverunt Domino, clamantes, & dicentes: Hosanna in excelsis.

*Ant.* Pueri Hebræorum vestimenta prosternabant in via, & clamabant, dicentes: Hosanna filio David: Benedictus qui veniti nomine Domini.

Que si elles ne fussent pas, on les repete jusqu'à la fin de la distribution, & puis le Prêtre dit:

v. Dominus vobiscum.

r. Et cum spiritu tuo.

*Oremus.*

**O**Mnipotens sempiternæ Deus, qui Dominum nostrum Jesum Christum super pullum asinæ sedere fecisti: & turbas populorum vestimenta, vel ramos arborum in via sternere, & Hosanna decantare in laudem ipsius docuisti; da quæsumus, ut illorum innocentiam imitari possimus, & eorum meritum consequi mereamur. Per eundem Dominum nostrum, &c.

Puis après on fait la Procession, & l'on chante les Antiennes suivantes tant que la Procession dure, ou toutes, ou quelques-unes.

Cette Procession se fait, afin que les Fidèles accompagnent d'esprit le Seigneur, & se souviennent avec quel applaudissement il fut introduit dans la Ville, & quelle fut son humilité.

*Ant.* Cum appropinquaret Dominus Jerosolymam, misit duos ex Discipulis suis, dicens: Ite in Castellum quod contra vos est, & invenietis pullum asinæ alligatum, super quem nullus hominum sedit, solvite, & adducite mihi. Si quis vos interrogaverit, dicite: opus Domino est. Solventes, addu-

xerunt ad Jesum, & imposuerunt illi vestimenta sua, & sedit super eum: alii expandebant vestimenta sua in via, alii ramos de arboribus sternebant, & qui sequebantur, clamabant: Hosanna, benedictus qui venit in nomine Domini: & benedictum regnum Patris nostri David: Hosanna in excelsis: miserere nobis, Fili David.

*Ant.* Cùm audisset populus, quia Jesus venit Jerosolymam, acceperunt ramos palmarum, & exierunt ei obviam, & clamabant pueri, dicentes. Hic est, qui venturus est in salutem populi: Hic est salus nostra, & redemptio Israel. Quantus est iste, cui Throni & Dominationes occurrunt. Noli timere, Fillia Sion, ecce Rex tuus venit tibi sedens super pullum asinae sicut scriptum est. Salve Rex, fabricator mundi, qui venisti redimere nos.

*Ant.* Antè sex dies solemnis Paschæ: Quando venit Dominus in civitatem Jerusalem, occurrerunt ei pueri: & in manibus portabant ramos palmarum, & clamabant voce magnâ, dicentes: Hosannâ in excelsis: Benedictus qui venisti in multitudine misericordiæ tuæ: Hosanna in excelsis.

*Ant.* Occurrunt turbæ, cum floribus & palmis Redemptori obviam, & victori triumphanti digna dant obsequia. Filium Dei ore gentes prædicant, & in laudem Christi voces tonant per nubila: Hosanna in excelsis.



*Ant.* Cum Angelis & pueris fideles inveniamur, triumphatori mortis clamantes : Hosanna in excelsis.

*Ant.* Turba multa quæ convenerat ad diem festum, clamabat Domino : Benedictus qui venit in nomine Domini : Hosanna in excelsis.

Au retour de la Procession vers l'Eglise, deux ou quatre Chantres chantent, & ayant fermé la porte, la face tournée vers la Procession, ils commencent le Verset *Gloria laus*, & le chantent tout jusqu'à *Israel es tu Rex*. Or le Prêtre avec les autres qui sont debout hors de l'Eglise, redit le même. Et après, ceux qui sont dedans chantent les Vers suivans, ou tous, ou en partie, selon la disposition des Chantres. Et ceux de dehors à chaque deux Versets répondent *Gloria laus*, comme au commencement.

Theodulphe, Evêque d'Orleans étant retenu prisonnier à Angers sous le regne de Louis, fils de Charlemagne, supplia ce Roi de trouver bon que la Procession fit une pause devant la prison, pour lui oûir dire l'Hymne suivante qu'il avoit composée en ce lieu, où il étoit arrêté sans l'avoir mérité. Ce qui lui plut tellement, qu'il le fit délivrer, & fut rétabli en sa dignité, d'où son Diocèse prit la coutume de chanter cette Hymne à pareil jour, & successivement toute la Chrétienté, où les uns chantent dans l'Eglise fermée, & les autres répondent dehors, représentant le Ciel fermé aux hommes, où les Anges, avant la resurreccion & triomphe de Jesus-Christ, louoient Dieu, le priant de réparer les ruines arrivées, par la chute des Anges, à quoi les Fidèles élevent leurs voix, comme en répondant, & prient le Très-Haut, qu'ils soient faits avec eux citoyens du Ciel.

**G**Loria, laus & honor tibi sit, Rex  
Christe Redemptor.

Cui puerile decus prompsit Hosanna  
pium, Gloria, laus.

Israel es tu Rex, Davidis & inclita  
proles.

Nomine qui in Domini, Rex benedicte  
venis.

Gloria, laus.

Cœtus in excelsis, te laudat cœlicus,  
omnis.

Et mortalis homo, & cuncta creata simul.

Gloria, laus.

Plebs Hebræa tibi cum palmis obvia ve  
nit.

Cum prece, voto, hymnis, adsumus  
ecce tibi.

Gloria, laus.

Hi tibi passuro solvebant munia laudis.

Nos tibi regnanti pangimus ecce melos.

Gloria, laus.

Hi placuere tibi placeat devotio nostra.

Rex bone, Rex clemens, cui bona  
cuncta placent.

Gloria, laus.

Ensuite le Soudiacre frappant de la Croix la por-  
te de l'Eglise, il l'ouvre, & la Procession entre en  
chantant.


L'entrée de la Procession dans l'Eglise, représente  
celle que Jesus-Christ fit en Jerusalem, & figure  
encore son entrée au Ciel, où les justes se doivent  
unir avec les Anges, & même remporter les palmes  
de victoire & de gloire.

**I**ngrediente Domino in sanctam Civi-  
tatem, Hebræorum pueri Resurrec-

tionem vitæ pronunciantes, eum ramis palmarum, Hosanna clamabant in excelsis:

v. Cùm audisset populus, quod Jesus veniret Jerosolymam, exierunt obviam eorum ramis.

La Messe de ce jour est la vraye memoire de la mort du Sauveur, afin que l'on sçache qu'entrant en Jerusalem, il s'approchoit du lieu de son tourment, ainsi que l'Agneau figuré en la Loi, qui devoit être certains jours devant la Pâque, en la memoire des Hebreux.



## A L A M E S S E.

Station à Saint Jean de Latran.

Cet Introite avec les Oraisons & l'Épître font mention des travaux de notre Seigneur, & parlent de la charité & de la mansuetude qu'il a montré pour nous en souffrant.

*Introite.*

**D**omine, ne longè facias auxilium tuum: à me ad defensionem meam respice: libera me de ore leonis, & à cornibus unicornium humilitatem meam.

*Psal.* Deus, Deus meus, respice in me quare me dereliquisti? longè à salute mea verba delictorum meorum. Domine ne longè, &c.

*Oremus.*

**O**mnipotens sempiterne Deus, qui humano generi ad imitandum humilitatis exemplum, Salvatorem nostrum carnem sumere, & crucem subire fecisti: concede propitius, ut & patientiæ: ipsius

habere documenta, & Resurrectionis confortia mereamur. Per eundem Dominum, &c.

Lectio Epistolæ Beati Pauli Apostoli ad Philippenses, Cap. 2.

**F**Ratres : Hoc enim sentite in vobis, quod & in Christo Jesu. Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est, esse se æqualem Deo : sed semetipsum exinanivit, formam servi accipiens in similitudinem hominum factus, & habitu inventus ut homo. Humiliavit semetipsum, factus obediens usque ad mortem : mortem autem crucis. Propter quod & Deus exaltavit illum ; & donavit illi nomen, quod est super omne nomen : ut in nomine Jesu omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium, & infernorum, & omnis lingua confiteatur quia Dominus Jesus Christus in gloria est Dei Patris.

Ce qui suit s'appelle Graduel, parce qu'on le disoit anciennement sur les degrés de l'Autel, quant à l'Épître, elle montre que nos œuvres doivent correspondre à ce qui nous est enseigné, puis nous avancer toujours de degré en degré au chemin de la vertu.

*Graduel.*

**T**enuisti manum dexteram meam ; & in voluntate tua deduxisti me : & cum gloria assumpisti me.

v. Quam bonus Israel Deus rectis corde ! mei autem penè moti sunt pedes, penè effusi sunt gressus mei ; quia zelavi in peccatoribus, pacem peccatorum videns.

*Traict.*

**D**EUS, Deus meus, respice in me :  
quare me dereliquisti?

v. Longè à salute mea verba dilectorum meorum.

v. Deus meus clamabo per diem, nec exaudies, in nocte, & non ad insipientiam mihi.

v. Tu autem in sancto habitas, laus Israel.

v. In te speraverunt Patres nostri, speraverunt & liberaisti eos.

v. Ad te clamaverunt, & salvi facti sunt in te : in te speraverunt, & non sunt confusi.

v. Ego autem sum vermis & non homo : opprobrium hominum, & abjectio plebis.

v. Omnes qui videbant me, aspernabatur me : locuti sunt labiis & moverunt caput.

v. Speravit in Domino, eripiat eum quoniam vult eum.

v. Ipsi vero consideraverunt, & conspexerunt me : diviserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem.

v. Libera me de ore Leonis : & à cornibus unicornium humilitatem meam.

v. Qui timetis Dominum, laudate eum : universum semen Jacob magnificate eum.

v. Annuntiabitur Domino generatio ventura : & annuntiabunt coeli iustitiam ejus.

v. Populo qui nascetur, quem fecit Dominus.

On commence la Passion absolument sans dire *Munda cor meum*, sans demander la benediction, sans lumiere ni encens. On ne dit point *Dominus vobiscum*, le signe de la Croix ne se fait ni sur le livre ni sur soi, ce qui s'observe aussi aux autres jours, quand on lit la Passion.

Sed & lingua mea totâ die meditabatur  
justitiam tuam : cum confusi & reverti  
fuerint , qui quærunt mala mihi.

*Ant.* Deus meus eripe me de manu pec-  
catoris.

v. Avertantur retrorsum & erubescant.



## R. Qui cogitant mihi mala.

Durant ces trois jours, après le Verset de Nocturne, on dit secrètement *Pater noster*, sans prononcer *Et ne nos*. On ne dit l'Absolution, ni *Jube*, ni benediction devant les Leçons, ni *Tu autem* à la fin. Les trois premières Leçons de Jeremie suivent.

Dans les trois Leçons du Nocturne, Jeremie pleure la destruction de Jerusalem & la captivité de ce peuple; non-seulement celle de Babylone, mais aussi celle de Rome qui devoit suivre la mort du Sauveur. Et nous, par les mêmes paroles, repliquons & pleurons ce Crucifiement.

## PREMIERE LEÇON. CHAP. I.

*Incipit Lamentatio Jeremie Prophetæ.*

## A L E P H.

**Q**uomodò solet sola Civitas plena populo? Facta est quasi vidua domina Gentium, Princeps Provinciarum facta est sub tribuo.

*Beth.* Plorans ploravit in nocte, & lacrymæ ejus in maxillis ejus: Non est qui consoletur eam ex omnibus Charis ejus. Omnes amici ejus spreverunt eam, & facti sunt ei inimici.

*Gimel.* Magravit Judas propter afflictionem & multitudinem servitutis; habitavit inter Gentes, nec invenit requiem. Omnes persecutores ejus apprehenderunt eam inter angustias.

*Daleth.* Viæ Sion lugent eo quòd non sint qui veniant ad Solemnitatem. Omnes portæ ejus destructæ, Sacerdotes

ejus gementes, virgines ejus squalidæ & ipsa opressa amaritudine.

*He.* Facti sunt hostes ejus in capite, inimici ejus locupletati sunt, quia Dominus locutus est super eam propter multitudinem iniquitatum ejus. Parvuli ejus ducti sunt in captivitatem, antè faciem tribulantis.

Jerusalem, Jerusalem, convertere ad Dominum Deum tuum.

*R.* In monte Oliveti oravit ad Patrem: Pater, si fieri potest, transeat à me calix iste: Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma: fiat voluntas tua.

*V.* Vigilate & orate, ut non intretis in tentationem: Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma: fiat voluntas tua.

## II. L E Ç O N.

### V A U.

**E**T egressus est à filià Sion omnis decor ejus: facti sunt Principes ejus velut arietes, non invenientes pascua, & abierunt absque fortitudine ante faciem subsequentiis.

*Zain:* Recordata est Jerusalem dierum afflictionis suæ & prævaricationis omnium desiderabilium suorum quæ habuerat à diebus antiquis, cum caderet populus ejus manu hostili, & non esset auxiliator. Viderunt eam hostes & deriserunt Sabbata ejus.

*Heb.* Peccatum peccavit Jerusalem, propterea instabilis facta est. Omnes qui glorificabant eam spreverunt illam, quia viderunt ignominiam ejus. Ipsa autem gemens, conversa est retrorsum.

*Teth.* Sordes ejus in pedibus ejus, nec recordata est finis sui. Deposita est vehementer non habens consolatorem. Vide Domine afflictionem meam, quoniam erectus est inimicus.

v. Jerusalem, Jerusalem, converte ad Dominum Deum tuum.

R. Tristis est anima mea usque ad mortem. Sustinete hic, & vigilate mecum: nunc videbitis turbam quæ circumdabit me. Vos fugam capietis, & ego vadam immolari pro vobis.

v. Ecce appropinquat hora; & Filius hominis tradetur in manus peccatorum. Vos fugam capietis, & ego vadam immolari pro vobis.

### III. L E Ç O N.

#### J O D.

**M**Anum suam misit hostis ad omnia desiderabilia ejus, quia vidit Gentes ingressas sanctuarium tuum, de quibus præceperas ne intrarent in Ecclesiam tuam.

*Caph.* Omnis populus ejus gemens, & quærens panem. Dederunt pretiosa quæque pro cibo ad refocillandam animam. Vide Domine, & considera, quoniam facta sum vilis.

*Lamed.* O vos omnes qui transitis per viam, attendite & videte, si est dolor sicut dolor meus: quoniam vindemiavit me, ut locutus est Dominus in die iræ furoris sui.

*Men.* De excelsis misit ignem in ossibus meis, & erudit me: expandit rete pedibus meis, convertit me retrorsum: posuit me defolatam, totâ die mœrore confectam.

*Nun.* Vigilavit jugum iniquitatum mearum: in manu ejus convolutæ sunt, & impositæ collo meo: infirma est virtus mea: dedit me Dominus in manu, de qua non potero furgere.

Jerusalem, Jerusalem, convertere ad Dominum Deum tuum.

*r.* Ecce vidimus eum non habentem speciem, neque decorem: aspectus ejus in eo non est: hic peccata nostra portavit, & pro nobis dolet: ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras, cujus livor sanati sumus.

*v.* Verè languores nostros ipse tulit: & dolores nostros ipse portavit, cujus livore sanati sumus.

*v.* Ecce vidimus eum non habentem, &c.



## AU II. NOCTURNE.

*Ant.* Liberavit Dominus pauperem à potente & inopem cui non erat adjutor.

Ce Pseaume

transitis per  
est dolor si-  
demiavit me,  
ie iræ furoris

em in ossibus  
ndit rete pe-  
rrosùm : po-  
mcerore con-

quitatum me-  
utæ sunt, &  
na est virtus  
manu, de qua

convertere ad

n habentem  
fectus ejus in  
tra portavit,  
em vulnera-  
oftras, cujus

ipse tulit :  
it, cujus li-

bentem, &c.

✠✠✠✠✠

R. N. E.

pauperem à  
t adjutor.

Ce Pseaume

Ce Pseaume est tout prophétique, & prédit le Royaume futur de *Jesus-Christ*, qui sera juste, pacifique, fleurissant & heureux. Que tout lui sera assujetti,

## P S E A U M E 71.

**D**Eus judicium tuum Regi da & justitiam tuam filio Regis.

Judicare populum tuum in justitia : & pauperes tuos in judicio.

Suscipiant montes pacem populos : & colles justitiam.

Judicabit pauperes populi, & salvos faciet filios pauperum : & humiliabit calumniatorem.

Et permanebit cum Sole : & ante Lunam in generatione & generationem.

Descendet sicut pluvia in vellus : & sicut stillicidia stillantia super terram.

Orietur in diebus ejus justitia, & abundantia pacis, donec auferatur Luna.

Et dominabitur à mari usque ad mare : & à flumine usque ad terminos orbis terrarum.

Coram illo procident Æthiopes : & inimici ejus terram lingent.

Reges Tharsis & insulæ munera offerent : Reges Arabum & Saba dona adducent.

Et adorabunt eum omnes Reges terræ : omnes gentes servient ei.

Quia liberabit pauperes à potente : & pauperem, cui non erat adjutor.

Parcet pauperi & inopi : & animas pauperum salvas faciet.

Ex usuris & iniquitate redimet animas eorum : honorabile nomen eorum coram illo.

Et vivet , & dabitur ei de auro Arabiæ , & adorabunt de ipso semper : totâ die benedicent ei.

Et erit frumentum in terra in summis montium , superextolletur super Libanum fructus ejus : & florebut de civitate sicut foenum terræ.

Sit nomen ejus benedictum in secula : ante Solem permanet nomen ejus.

Et benedicentur in ipso omnes Tribus terræ : omnes Gentes magnificabunt eum.

Benedictus Dominus Deus Israel : qui facit mirabilia solus.

Et benedictum nomen majestatis ejus in æternum : replebitur majestate ejus omnis terra. Fiat , Fiat.

*Ant.* Liberavit Dominus pauperem à potente : & inopem cui non erat adjutor.

*Ant.* Cogitaverunt impii , & locuti sunt nequitiam : iniquitatem in excelso locuti sunt.

## P S E A U M E . 72.

De la tentation que les Justes éprouvent quelquefois , lorsque dans leurs peines ils considèrent le bonheur dont jouissent les méchans. Que pour se consoler alors , & pour s'empêcher de tomber dans le murmure , ils doivent prévoir la fin des uns & des autres. C'est dans cette vûe que David se

tourne vers Dieu, & lui témoigne d'une manière touchante les sentimens de son cœur.

**Q**Uam bonus Israel Deus : his qui recto sunt corde !

Mei autem penè moti sunt pedes : penè effusi sunt gressus mei.

Quia zelavi super iniquos : pacem peccatorum videns.

Quia non est respectus morti eorum : & firmamentum in plaga eorum.

In labore hominum non sunt : & cum hominibus non flagellabuntur.

Ideò tenuit eos superbia : operiti sunt iniquitate & impietate suâ.

Prodiit quasi ex adipe iniquitas eorum : transierunt in affectum cordis.

Cogitaverunt, & locuti sunt nequitiam : iniquitatem in excelso locuti sunt.

Posuerunt in cœlum os suum : & lingua eorum transivit in terra.

Ideò convertetur populus meus hic : & dies pleni invenietur in eis.

Et dixerunt ; Quomodò scit Deus : & si est scientia in excelso ?

Ecce ipsi peccatores & abundantes in seculo : obtinuerunt divitias.

Et dixi : Ergò sine causa justificavi cor meum, & lavi inter innocentes manus meas.

Et fui flagellatus totâ die : & castigatio mea in matutinis.

Si dicebam, narrabo sic: ecce nationem filiorum tuorum reprobavi.

Existimabam ut cognoscerem hoc: labor est ante me.

Donec intrem in Sanctuarium Dei: & intelligam in novissimis eorum.

Verum tamen propter dolos posuisti eis: dejecisti eos dum allevarentur.

Quomodo facti sunt in desolationem? Subito defecerunt! Perierunt propter iniquitatem suam.

Velut somnium surgentium Domine, in civitate tua imaginem ipsorum ad nihilum regides.

Quia inflammatum est cor meum, & renes mei commutati sunt: & ego ad nihilum redactus sum, & nescivi.

Ut Jumentum factus sum apud te: & ego semper tecum.

Tenuisti manum dexteram meam, & in voluntate tua deduxisti me: & cum gloria suscepisti me.

Quid enim mihi est in Cœlo: & à te quid volui super terram?

Defecit caro mea & cor meum: Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum.

Quia ecce, qui elongant se à te peribunt: perdidisti omnes qui fornicantur abs te.

Mihi autem adhærere Deo bonum est: ponere in Domino Deo spem meam.

Ut annuntiem omnes prædicationes tuas; in portis filia: Sion.



*Ant.* Cogitaverunt impii, & locuti sunt nequitiam; iniquitatem in excelsis locuti sunt.

*Ant.* Exurge Domine, & judica causam meam.

## P S E A U M E 73.

Le Prophète délore les impiétés que les ennemis de Dieu ont commis contre son Temple & contre le peuple qui lui étoit consacré. Il le prie de lui témoigner le même secours qu'autrefois. Il l'en conjure par la souveraine puissance qu'il d'écrivit admirablement.

**U**T quid Deus, repulisti in finem? Iratus est furor tuus super oves pascuæ tuæ.

Memor esto Congregationis tuæ: quam possedisti ab initio.

Redemisti virgam hereditatis tuæ: mons Sion, in quo habitasti in eo.

Leva manus tuas in superbias eorum in finem; quanta malignatus est inimicus in sancto.

Et gloriati sunt qui oderunt te: in medio solemnitatis tuæ.

Posuerunt signa sua, signa: & non cognoverunt sicut in exitu super summum.

Quasi sylvæ lignorum securibus exciderunt januas ejus in idipsum: in securi & ascia dejecerunt eam.

Incenderunt igni Sanctuarium tuum in terra: polluerunt Tabernaculum Nominis tuis.

Dixerunt in corde suo , cognoscite eorum  
simul : quiescere faciamus omnes dies festos  
Dei à terra.

Signa nostra non vidimus , jam non est  
Propheta : & nos non cognoscet amplius.

Usquequò , Deus , improperebit ini-  
micus ? Irritat adversarius Nomen tuum  
in finem.

Ut quid avertis manum tuam , & dex-  
teram tuam : de medio finu tuo in finem ?

Deus autem Rex noster ante secula :  
operatus est salutem in medio terræ.

Tu confirmasti in virtute tua mare : con-  
tribulasti capita Draconum in aquis.

Tu confregisti capita Draconis : dedisti  
eum escam populis Æthiopum.

Tu derupisti fontes & torrentes : tu sic-  
casti fluvios Ethan.

Tuus est dies & tua est nox : tu fabri-  
catus es Auroram & Solem.

Tu fecisti omnes terminos terræ : æst-  
tatem & ver , tu psalmasti ea.

Memor esto hujus , inimicus imprope-  
ravit Domino : & populus insipiens incita-  
vit nomen tuum.

Ne tradas bestiis animas confitentes ti-  
bi : & animas pauperum tuorum ne obli-  
viscaris in finem.

Respice in testamentum tuum : qui re-  
pleti sunt , qui obscurati sunt : terræ do-  
mibus iniquitatum.

Ne avertatur humilis factus confusus :

pauper & inops laudabunt nos in tuum.

Exurge Deus, judica causam tuam: memor esto improperiorum tuorum, eorum quæ ab insipiente sunt totâ die.

Ne obliviscaris voces inimicorum tuorum: superbia eorum qui te oderunt, ascendit semper.

*Ant.* Exurge Domine, & judica causam meam.

v. Deus meus eripe me de manu peccatoris.

r. Et de manu contra legem agentis, & iniqui.

*On dit Pater noster tout bas.*

#### IV. LEÇON

*Ex Tractatu Sancti Augustini Episcopi,  
super Psalmos.*

*Sur le Pseaume 54. v. 1.*

**E**Xaudi Deus, orationem meam, & ne despexeris deprecationem meam: intende mihi, & exaudi me. Sat agentis, foliciti, verba sunt ista. Orat multa patiens, de malo liberari desideras. Superest ut audiamus in quo malo sit: & eum dicere cœperit, agnoscamus ibi nos esse, ut communicatâ tribulatione, jungamus orationem. Contristatus sum: inquit, in exercitatione mea, & conturbatus sum. Ubi contristatus, ubi conturbatus? In exercitatione mea, inquit, homines malos quos patitur, commemoratus est: eandemque

passionem malorum hominum exercitacionem suam dixit. Ne putentis gratis esse malos in hoc mundo, & nihil boni de illis agere Deum. Omnis malus; aut ideò vivit ut corrigatur; aut ideò vivit ut per illum bonus exerceatur.

R. Amicus meus osculi me tradidit signo; quem osculatus fuero, ipse est tene te eum.

Hoc malum fecit signum, qui per osculum adimplevit homicidium. Infelix prætermisit pretium sanguinis, & in fine laqueo suspendit.

v. Bonum erat si si natus non fuisset homo ille. Infelix prætermisit pretium sanguinis, & in fine laqueo se suspendit.

V. L E Ç O N.

**U**Tinam ergò qui nos modò exercent, convertantur & nobiscum exerceantur: tamen quandiu ita sunt ut exerceat nos, non eos oderimus, quia in eo quod malus est quis eorum, utrum usque in finem perseveraturus sit, ignoramus. Et plerùmque cum tibi videris odisse inimicum, fratrem odisti, & nescis: Diabolus & Angeli ejus in Scripturis sanctis manifestati sunt nobis, quod ad ignem æternum sunt destinati. Ipsorum tantum desperanda est correctio, contra quos habemus occultam luctam; ad quam luctam nos armat Apostolus, dicens: Non est

n exercitatio-  
s gratis esse  
l boni de illis  
aut ideò vi-  
vit ut per il-

e tradidit fig-  
ipse est tene-

, qui per of-  
um. Infelix  
is, & in fine

on fuisset ho-  
pretium fan-  
uspendit.

dò exercent,  
um exercean-  
t ut exercent  
a in eo quod  
n usque in fi-  
toramus. Et  
odisse inimi-  
is: Diabolus  
anctis mani-  
ignem æter-  
tantum def-  
quos habe-  
uam luctam  
as: Non est

nobis colluctatio adversus carnem & san-  
guinem; id est, non adversus homines  
quos videtis, sed adversus Principes &  
Potestates, & Rectores mundi tenebra-  
rum harum. Ne fortè cùm dixisset, mun-  
dī, intelligeres Dæmones esse Rectores  
Cœli & Terræ: Mundi dixit, tenebra-  
rum harum mundi: Mundi dixit, impio-  
rum & iniquorum: Mundi dixit, de quo  
in Evangelio dicit: Et mundus eum non  
cognovit.

r. Judas Mercator pessimus, osculo pe-  
tiit Dōminum, ille ut Agnus innocens  
non negavit Judæ osculum. Denariorum  
numero Christum Judæis tradidit.

v. Melius illi erat si natus non fuisset.  
Denariorum numero, &c.

## VI. L E Ç O N.


QUoniam vidi iniquitatem & contradic-  
tionem in civitate. Attende gloriam  
Crucis ipsius. Jam in fronte Regum Crux  
illa fixa est; cui inimici insultaverunt.  
Effectus probavit virtutem. Domuit or-  
bem non ferro, sed ligno. Lignum Cru-  
cis contumeliis dignum visum est inimi-  
cis, & ante ipsum lignum stantes caput  
agitabant, & dicebant: Si Filius Dei est,  
descendat de Cruce. Extendebat ille ma-  
nus suas ad populum non credentem, &  
contradicientem. Si enim justus est qui ex  
fide vivit, iniquus est qui non habet fidem.

Quod ergò hic ait, iniquitatem : perfidiam intellige. Videbat ergò Dominus in civitate iniquitatem & contradictionem, & extendebat manus suas ad populum non credentem, & contradicentem : & tamen ipsos expectans, dicebat : Pater, ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt.

r. Unus ex Discipulis meis tradet me hodiè : vè illi per quem tradar ego. Meliùs illi erat si natus non fuisset.

v. Qui intigit mecum manum in paropside, hic me traditurus est in manus peccatorum. Meliùs illi erat si natus non fuisset.

r. Unus ex, &c.



### A U I I I . N O C T U R N E .

*Ant.* Dixi iniquis : Nolite loqui adversus Deum iniquitatem.

#### P S E A U M E 74.

Combien les méchants, au lieu de s'élever comme ils font, devroient s'humilier devant Dieu.

**C**onfitebimur tibi Deus : confitebimur, & invocabimus Nomen tuum. Narrabimus mirabilia tua : cum accipero tempus, ego justitias judicabo.

Liquefacta est terra, & omnes qui habitant in ea : ego confirmavi columnas ejus.

Dixi iniquis : Nolite iniquè agere ; & delinquentibus : Nolite exaltare cornu.

Nolite extollere in altum cornu vestrum:  
Nolite loqui adversus Deum iniquitatem.

Quia neque ab Oriente, neque ab Occidente, neque à desertis montibus: quoniam Deus iudex est.

Hunc humiliat, & hunc exaltat: quia calix in manu Domini, vini meri plenus mixto.

Et inclinavit ex hoc in hoc, verumtamen fæx ejus non est exinanita: bibent omnes peccatores terræ.

Ego autem annuntiabo in seculum: cantabo Deo Jacob.

Et omnia cornua peccatorum confringam: & exaltabunt cornua Justî.

*Ant.* Dixi iniquis: Nolite loqui adversus Deum iniquitatem.

*Ant.* Terra tremuit, & quievit dum exurgeret in iudicio Deus.

P S E A U M E 75.

Quelles sont les graces que Dieu a faites à l'Eglise, que David représente sous le nom de Sion. Il prend de-là sujet d'inviter tout le monde à louer DIEU.

**N**Otus in Judæa Deus: in Israel magnum nomen ejus.

Et factus est in pace locus ejus: & habitatio ejus in Sion.

Ibi confregit potentias arcuum; scutum, gladium & bellum.

Illuminans tu mirabiliter à montibus

æternis : turbati sunt omnes insipientes corde.

Dormierunt somnum suum : & nihil invenerunt omnes viri divitiarum in manibus suis.

Ab increpatione tua Deus Jacob : dormitaverunt qui ascenderunt in equos.

Tu terribilis es , & quis resistet tibi : ex tunc ira tua ?

De Cælo auditum fecisti Judicium : terra tremuit & quievit.

Cum exurgeret in Judicium Deus : ut salvos faceret omnes mansuetos terræ.

Quoniam cogitatio hominis confitebitur tibi : & reliquæ cogitationis diem festum agent tibi.

Vovete & reddite Domino Deo vestro : omnes qui in circuitu ejus affertis munera.

Terribili , & ei qui aufert spiritum Principum : terribili apud Reges terræ.

*Ant.* Terra tremuit & quievit : dum exurgeret in iudicio Deus.

*Ant.* In die tribulationis meæ Deum exquisivi manibus meis.

## P S E A U M E 76.

L'Âme représente à Dieu les divers maux dont elle est accablée. Elle ne laisse pas néanmoins de louer Dieu au milieu des afflictions , & de s'étendre sur la grandeur de ses ouvrages.

**V**Oce meâ ad Dominum clamavi :  
voce meâ ad Deum , & intendit mihi.  
In die tribulationis meæ Deum exquisivi ,



insipientes

& nihil  
arum in ma-

Jacob: dor-  
equos.

stet tibi: ex

Judicium:

m Deus: ut  
os terræ.

confitebitur  
diem festum

Deo vestro:  
rtis munera.  
iritum Prin-  
terræ.

ievit: dum

meæ Deum

76.

ers maux dont  
néanmoins de  
, & de s'eten-

m clamavi:  
ntendit mihi.

Deum exqui-  
sivi,

sivi, manibus meis nocte contra eum: &  
non sum deceptus.

Renuit consolari anima mea: memor fui  
Dei & delectatus sum, & exercitatus sum,  
& defecit spiritus meus.

Anticipaverunt vigilias oculi mei: tur-  
batus sum, & non sum locutus.

Cogitavi dies antiquos: & annos æter-  
nos in mente habui.

Et meditatus sum nocte cum corde  
meo: & exercitabar, & scopebam spiritum  
meum.

Numquid in æternum projiciet Deus,  
aut non apponet: ut complacitior sit adhuc.

Aut in finem misericordiam suam ab-  
scindet: à generatione in generationem?

Aut obliviscetur misereri Deus: aut  
continebit in ira sua misericordias suas.

Et dixi: Nunc cœpi, hæc mutatio dex-  
teræ Excelsi.

Memor fui operum Domini: quia me-  
mor ero ab initio mirabilium tuorum.

Et meditabor in omnibus operibus tuis;  
& in adinventionibus tuis exercebor.

Deus in sancto via tua. Quis Deus  
magnus sicut Deus noster? tu es Deus qui  
facis mirabilia.

Notam fecisti in populis virtutem tuam:  
redemisti in brachio tuo populum tuum,  
filios Jacob & Joseph.

Viderunt te aquæ, Deus, viderunt te  
aquæ: & timuerunt, & turbatæ sunt  
abyssi.

N

Multitudo sonitus aquarum : vocem dererunt nubes.

Etenim sagittæ tuæ transeunt : vox tonitruui tui in rota.

Illuxerunt coruscationes tuæ orbi terræ : commota est , & contremuit terra.

In mari vita tua , & semitæ tuæ in aquis multis : & vestigia tua non cognoscuntur.

Deduxisti sicut oves populum tuum : in manu Moisi & Aaron.

*Ant.* In die tribulationis meæ Deum exquisivi manibus meis.

v. Exurge Domine.

r. Et iudica causam meam.

*On dit* Pater noster tout bas.

## VII. L E Ç O N.

*De Epistola prima Beati Pauli Apostoli ad Corinthios.*

**H**Oc autem præcipio , non laudans quod non in melius , sed in deterius convenientis. Primùm quidem : Convenientibus vobis in Ecclesiam , audio scissuras esse inter vos ; & ex parte credo. Nam oportet & hæreses esse , ut quid probati sunt , manifesti fiant in vobis. Convenientibus ergo vobis in unum , jam non est dominicam cœnam manducare : unusquisque enim suam cœnam præsumit ad manducandum , & alius quidem esurit , alius autem ebrius est. Numquid domos non

habetis ad manducandum & bibendum?  
Aut Ecclesiam Dei contemnitis & confunditis eos qui non habent? Quid dicam vobis? Laudo vos? In hoc non laudo.

R. Eram quasi Agnus innocens, ductus sum ad immolandum & nesciebam: Concilium fecerunt inimici mei adversum me, dicentes: Venite, mittamus lignum in panem ejus, & eradamus eum de terra viventium.

V. Omnes inimici mei adversum me cogitabant mala mihi: verbum iniquum mandaverunt adversum me, dicentes: Venite, &c.

## VIII. L E Ç O N.

**E**Go enim accepi à Domino, quod & tradidi vobis; quoniam Dominus Jesus in qua nocte tradebatur, accepit panem; & gratias agens, fregit, & dixit; Accipite & manducate; Hoc est Corpus meum, quod pro vobis tradetur, hoc facite in meam commemorationem. Similiter & Calicem, postquam cœnavit, dicens: Hic Calix novum Testamentum est in meo sanguine, hoc facite quotiescumque bibetis, in meam commemorationem. Quotiescumque enim manducabitis panem hunc, & Calicem bibetis, mortem Domini annuntiabitis donec veniat.

R. Unâ horâ non potuistis vigilare mecum, qui exhortabimini mori pro me?

Vel Judam non videtis, quomodo non dormit, sed festinat tradere me Judæis?

v. Quid dormitis? Surgite, & orate, ne intretis in tentationem. Vel Judam non videtis, &c.

### IX. LEÇON.

**I**Taque quicumque manducaverit panem hunc, vel biberit calicem Domini indignè, reus erit corporis & sanguinis Domini. Probet autem seipsum homo: & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Qui enim manducat & bibit indignè, judicium sibi manducat & bibit, non dijudicans corpus Domini. Ideò inter vos multi infirmi & imbecilles, & dormiunt multi. Quod si nosmetipsos dijudicaremur, non utique judicaremur. Dum judicamur autem à Domino, corripimur, ut non cum hoc mundo damnemur. Itaque fratres mei, cum convenitis ad manducandum, invicem expectate. Si quis esurit, domi manducet: ut non in judicium conveniatis. Cætera autem, cum venero, disponam.

r. Seniores populi consilium fecerunt: Ut Jesum dolo tenerent & occiderent eum. Cum gladiis & fustibus exierunt tanquam ad latronem.

v. Collegerunt Pontifices & Pharisæi consilium: Ut Jesum dolo, &c.

*On répète Seniores jusqu'au v.*



## A Laudes.

Les cinq Pseaumes de Laudes représentent les cinq Etats de l'Eglise ; scavoir , la vocation des Juifs , la conversion des Gentils , l'état présent , l'entière conversion du Monde peu avant l'Ante-Christ , & la glorification des Bons.

*Ant.* Justificeris Domine in sermonibus tuis , & vincas cùm judicaris.

## P S E A U M E 50.

David gémit devant Dieu de son crime qu'il a toujours présent devant ses yeux. Il prie Dieu de l'en purifier de plus en plus , en lui donnant son S. Esprit , & en créant en lui un cœur nouveau. Que Dieu ne prend point plaisir aux sacrifices des bêtes immolées , mais au sacrifice d'un cœur contrit & humilié.

**M**iserere mei Deus : secundùm magnam misericordiam tuam.

Et secundùm multitudinem miserationum tuarum : dele iniquitatem meam.

Amplius lava me ab iniquitate mea : & à peccato meo munda me.

Quoniam iniquitatem meam ego cognosco : & peccatum meum contra me est semper.

Tibi soli peccavi , & malum coram te feci : ut justificeris in sermonibus tuis , & vincas cum judicaris.

Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum : & in peccatis concepit me mater mea.

Ecce enim veritatem dilexisti : incerta & occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi.

Asperges me hyssopo & mundabor : lavabis me , & super nivem dealbabor.

Auditui meo dabis gaudium & lætitiã : & exultabunt ossa humiliata.

Averte faciem tuam à peccatis meis : & omnes iniquitates meas dele.

Cor mundum crea in me Deus : & spiritum rectum innova in visceribus meis.

Ne projicias me à facie tua : & Spiritum sanctum tuum ne auferas à me.

Redde mihi lætitiã salutaris tui : & spiritu principali confirma me.

Docebo iniquos vias tuas : & impii ad te convertentur.

Libera me de sanguinibus Deus , Deus salutis meæ : & exaltabit lingua mea justitiã tuam.

Domine labia mea aperies : & os meum annuntiabit laudem tuam.

Quoniam si voluisses sacrificium, dedissem utique : holocaustis non delectaberis.

Sacrificium Deo, spiritus contribulatus: cor contritum & humiliatum Deus non despicias.

Benignè fac Domine in bona voluntate tua Sion : ut ædificentur muri Jerusalem.

Tunc acceptabis sacrificium justitiæ , oblationes & holocausta : tunc imponent super altare tuum vitulos.

*Ant.* Justificeris Domine , in sermonibus tuis , & vincas cum judicaris.

*Ant.* Dominus tanquam ovis ad victimam ductus est , & non aperuit os suum.

## P S E A U M E 89.

De la vanité de la vie de l'homme. Que Dieu console les serviteurs à proportion des maux qu'ils ont soufferts.

**D**omine, refugium factus es nobis : à generatione in generationem.

Priusquam montes fierent : aut formaretur terra & orbis, à sæculo, & usque in sæculum tu es Deus.

Ne avertas hominem in humilitatem, & dixisti : convertimini filii hominum.

Quoniam mille anni ante oculos tuos : tanquam dies hesternæ, quæ præterit.

Et custodia in nocte : quæ pro nihilo habentur, eorum anni erunt.

Manè sicut herba transeat : manè floreat, & transeat : vespere decidat, induret & arefcatur.

Quia defecimus in ira tua : & in furore tuo turbati sumus.

Posuisti iniquitates nostras in conspectu tuo : sæculum nostrum in illuminatione vultus tui.

Quoniam omnes dies nostri defecerunt : & in ira tua defecimus.

Anni nostri sicut aranea meditabuntur : dies annorum nostrorum in ipsi septuaginta anni.

Si autem in potentatibus octoginta anni, & amplius eorum, labor & dolor.

Quoniam supervenit mansuetudo : & corripiemur.

Quis novit potestatem iræ tuæ : & præ timore tuo iram tuam dinumerare ?

Dexteram tuam sic notam fac : & eruditos corde in sapientia.

Convertere Domine usquequò : & deprecabilis esto super servos tuos.

Repleti sumus manè misericordiâ tuâ : & exultavimus & delectati sumus omnibus diebus nostris.

Lætati sumus pro diebus quibus nos humiliasti : annis , quibus vidimus mala.

Respice in servos tuos & in opera tua : & dirige filios eorum.

Et sit splendor Domini Dei nostri super nos , & opera manuum nostrarum dirige super : & opus manuum nostrarum dirige.

*Ant.* Dominus tanquam ovis ad victimam ductus est ; & non aperuit os suum.

*Ant.* Contritum est cor meum in medio mei , contremuerunt omnia ossa mea.

P S E A U M E 62.

David se console dans son exil en louant Dieu , & en le priant de le soutenir. Que c'est en vain que les hommes cherchent à nous perdre , lorsque Dieu veut nous sauver.

**D**Eus , Deus meus : ad te de luce vigilo. Sitivit in te anima mea : quàm multipliciter tibi caro mea ?

In terra deserta , & invia & inaquosa : sic in sancto apparui tibi ; ut viderem virtutem tuam & gloriam tuam.

Quoniam melior est misericordia tua



super vitas : labia mea laudabunt te.

Sic benedicam te in vita mea : & in nomine tuo levabo manus meas.

Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea : & labiis exultationis laudabit os meum.

Si memor fui tui super stratum meum , in matutinis meditabor in te : quia fuisti adjutor meus.

Et in velamento alarum tuarum exultabo , adhæsit anima mea post te : me suscepit dextera tua.

Ipsi verò in vanum quæsierunt animam meam , introibunt in inferiora terræ : tradentur in manus gladii , partes vulpium erunt.

Rex verò lætabitur in Deo , laudabuntur omnes qui jurant in eo : quia obstructum est os loquentium iniqua.

P S E A U M E 66.

David prie Dieu de se faire connoître dans toute la terre. Il prédit l'étendue de l'Eglise dans tout le monde.

**D**EUS misereatur nostri , & benedicat nobis : illuminet vultum suum super nos , & misereatur nostri.

Ut cognoscamus in terra viam tuam : in omnibus gentibus salutare tuum.

Confiteantur tibi populi Deus ; confiteantur tibi populi omnes.

Lætentur & exultent gentes ; quoniam judicas populos in æquitate , & gentes in terra dirigis.

Confiteantur tibi populi, Deus; confiteantur tibi populi omnes; terra dedit fructum suum.

Benedicat nos Deus, Deus noster, benedicat nos Deus; & metuant eum omnes fines terræ.

*Ant.* Contritum est cor meum in medio mei; contremuerunt omnia ossa mea.

*Ant.* Exhortatus es in virtute tua: & in refectioe sancta tua, Domine.

C A N T I Q U E de Moïse. *Exod.* 15.

Ce Cantique composé par Moïse, & chanté par sa Sœur, au sortir de la Mer rouge, est une reconnaissance de la grace que Dieu fit au Peuple Juif; en ouvrant la Mer rouge pour le sauver de la fureur de Pharaon.

**C**Antemus Domino; gloriosè enim magnificatus est; equum & ascensorem dejecit in mare.

Fortitudo mea, & laus mea Dominus: & factus est mihi in salutem.

Iste, Deus meus; & glorificabo eum; Deus patris mei, & exaltabo eum.

Dominus, quasi vir pugnator, omnipotens nomen ejus; currus Pharaonis & exercitum ejus projecit in mare.

Electi Principes ejus submersi sunt in mari rubro; abyssi operuerunt eos; descenderunt in profundum, quasi lapis.

Dextera tua, Domine, magnificata est in fortitudine; dextera tua, Domine,

per  
riæ  
ficu  
con  
S  
aby  
L  
hen  
ma  
E  
eos  
F  
re;  
vehe  
Q  
Qui  
terri  
rabil  
E  
eos  
popu  
E  
habi  
A  
lores  
T  
robu  
guer  
Irr  
magr  
Fi

percussit inimicum, & in multitudine gloriae tuae deposuisti adversarios tuos.

Misisti iram tuam, quae devoravit eos sicut stipulam; & in spiritu furoris tui, congregatae sunt aquae.

Setit unda fluens; congregatae sunt abyssi in medio maris.

Dixit inimicus; persequar & comprehendam: dividam spolia; implebitur anima mea.

Evaginabo gladium meum; interficiet eos manus mea.

Flavit spiritus tuus, & operuit eos mare; submersi sunt quasi plumbum in aquis vehementibus.

Quis similis tui in fortibus Domine? Quis similis tui? Magnus in sanctitate, terribilis atque laudabilis, & faciens mirabilia.

Extendisti manum tuam, & devoravit eos terra; dux fuisti in misericordia tua populo, quam redimisti.

Et portasti eum in fortitudine tua ad habitaculum sanctum tuum.

Ascenderunt populi, & irati sunt; dolores obtinuerunt habitatores Philistiim.

Tunc conturbati sunt Principes Edom, robustos Moab obtinuit tremor; obriuerunt omnes habitatores Chanaan.

Irruat super eos formido & pavor; in magnitudine brachii tui.

Fiant immoles quasi lapis, donec per-

transeat populus tuus Domine; donec pertranseat populus tuus, iste quem poscedisti.

Introduces eos, & plantabis in monte hæreditatis tuæ; firmissimo habitaculo tuo, quod operatus es Domine.

Sanctuarium tuum, Domine, quod firmaverunt manus tuæ; Dominus regnabit in æternum, & ultra.

Ingressus est enim eques Pharaõ cum curribus & equitibus ejus in mare; reduxit super eos Dominus aquas maris.

Filii autem Israel ambulaverunt per ficcum in medio ejus.

*Ant.* Exhortatus es in virtute tua & in refectione sancta tua, Domine.

*Ant.* Oblatus est, quia ipse voluit, & peccata nostra ipse portavit.

P S E A U M E 148.

David invite les Anges, les hommes, & en général toutes les Créatures dans le Ciel, dans la mer & sur la terre, de rendre à Dieu des louanges qui ne cessent point.

**L**audate Dnminum de Cœlis; laudate eum in Excelsis.

Laudate eum omnes Angeli ejus; laudate eum omnes virtutes ejus.

Laudate eum Sol & Luna; laudate eum omnes Stellæ & lumen.

Laudate eum Cœli Cœlorum; & aquæ omnes quæ super Cœlos sunt, laudent nomen Domini.

Quia

C  
man  
S  
secu  
ribi  
L  
& on  
Ig  
proc  
M  
ra &  
Bo  
& vo  
R  
cipes  
Ju  
ribus  
tatur  
Co  
& ex  
H  
Israël  
  
C  
La  
filii S  
La  
pano  
Qu  
do suo

Quia ipse dixit, & facta sunt: ipse mandavit & creata sunt.

Statuit ea in æternum, & in seculum seculi: præceptum posuit & non præteribit.

Laudate Dominum de terra: Dracones, & omnes abyssi.

Ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum; que faciunt verbum ejus.

Montes & omnes colles; ligna fructifera & omnes cedri.

Bestiæ, & universa peccora: serpentes & volucres pennatæ.

Reges terræ, & omnes populi: Principes & omnes Judices terræ.

Juvenes & Virgines, senes cum junioribus, laudent nomen Domini: quia exaltatum est nomen ejus solius.

Confessio ejus super Cœlum & terram: & exaltavit cornu populi sui.

Hymnus, omnibus Sanctis ejus: filii Israel, populo appropinquanti sibi.

## P S E A U M E 149.

**C**Antate Domino Canticum novum: laus ejus in Ecclesia sanctorum.

Lætetur Israel in eo qui fecit eum: & filii Sion exultent in Rege suo.

Laudent nomen ejus in choro: in tympano & psalterio psallant ei.

Quia beneplacitum est Domino in populo suo: & exaltabit mansuetos in salutem.

O

Quia

Exultabunt sancti in gloria : lætabun-  
tur in cubilibus suis.

Exaltationes Dei in gutture eorum : &  
gladii ancipites in manibus eorum.

Ad faciendam vindictam in nationibus :  
increpationes in populis.

Ad alligandos Reges eorum in compe-  
dibus : & nobiles eorum in manicis ferreis.

Ut faciant in eis iudicium conscriptum :  
gloria hæc est omnibus Sanctis ejus.

## P S E A U M E 150.

**L**audate Dominum in Sanctis ejus :  
laudate eum in firmamento virtutis  
ejus.

Laudate eum in virtutibus ejus : laudate  
eum secundum multitudinem magnitudi-  
nis ejus.

Laudate eum in sono tubæ : laudate  
eum in Psalterio & Cythara.

Laudate eum in Tympano & choro :  
laudate eum in chordis & organo.

Laudate eum in cymbalis benesonan-  
tibus , laudate eum in cymbalis jubilatio-  
nis : omnis spiritus laudet Dominum.

*Ant.* Oblatus est , quia ipse voluit : &  
peccata nostra ipse portavit.

*On ne dit ni Chapitre ni Hymne , mais seule-  
ment ce Verset.*

v. Homo pacis meæ , in quo speravi.

r. Qui edebat panes meos ; ampliavit  
adversum me supplantationem.

*Ant.* Traditor autem dedit eis signum ,  
dicens : Quem osculatus fuero , ipse est ,  
tenete eum.

CANTIQUE de Zacharie. *Luc. I.*

L'Eglise a choisi sagement , pour finir sa priere  
au point du jour , ce Cantique , qui annonce le le-  
ver du Soleil de justice , & qui contient les louan-  
ges de celui que l'Evangile nomme la lampe & le  
flambeau qui devoit faire connoître ce Soleil aux  
hommes.

**B**enedictus Dominus Deus Israel :  
quia visitavit & fecit redemptionem  
plebis sue.

Et erexit cornu salutis nobis : in domo  
David pueri sui.

Sicut locutus est per os sanctorum : qui  
à seculo sunt Prophetarum ejus.

Salutem ex inimicis nostris : & de manu  
omnium qui oderunt nos.

Ad faciendam misericordiam cum pa-  
tribus nostris : & memorari testamenti sui  
sancti.

Jusjurandum quod juravit ad Abraham  
Patrem nostrum : daturum se nobis.

Ut sine timore de manu inimicorum nos-  
trorum liberati : serviamus illi.

In sanctitate & justitia coram ipso : om-  
nibus diebus nostris.

Et tu puer , Propheta altissimi voca-  
beris ; præibis enim ante faciem Domini  
parare vias ejus.

Ad dandam scientiam salutis plebis ejus ;  
in remissionem peccatorum eorum.

Per viscera misericordia Dei nostri; in quibus visitavit nos, oriens ex alto.

Illuminare his qui in tenebris, & in umbra mortis sedent; ad dirigendos pedes nostros in viam pacis.

*Ant.* Traditor autem dedit eis signum, dicens; Quem osculatus fuero, ipse est, tenete eum.

Cependant qu'on dit le Cantique de *Benedictus*, ayant plutôt éteint toutes les chandelles du Chandelier triangulaire, sinon une qui reste sur le sommet du Chandelier, l'on amortit peu à peu les six chandelles mises sur l'Autel, de telle façon qu'au dernier Verset du Cantique, l'on éteigne la dernière chandelle, de la même sorte l'on éteint les lampes & tout le reste des lumieres qui sont par toute l'Eglise.

Ces six Cierges qu'on éteint ainsi successivement, représentent les Prophètes, qui, en divers tems annonçant la venue du Fils de Dieu, ont été cruellement mis à mort. Et celui qui étoit au haut du chandelier triangulaire éteint le dernier, nous donne à connoître que Notre-Seigneur ayant accompli toutes les Prophéties, est mort pour établir la Foi. Les lampes & autres lumieres de l'Eglise sont pareillement éteintes, ce qui marque le miserable état où se trouve le Monde, Jesus-Christ sa vraye lumiere étant éteint par la Synagogue.

L'Antienne ayant été répétée après le *Benedictus*, on dit en fléchissant le genoux, le Verset *Christus factus est pro nobis obediens usque ad mortem. Pater noster*, &c. tous bas.

Pseaume *Miserere mei Deus*, comme au feuillet 149. lequel finit sans *Oremus*: on dit à même ton de voix l'Oraison *Respice*, &c. folio 127. laquelle finie, on fait quelque bruit, & incontinent paroitra le Cierge allumé qui étoit caché sous l'Autel. Alors tous se levent, & s'en vont, observant le silence.

Ce  
seign  
mani  
on fa  
pour  
les Sc  
Jardi



Ce  
d'auto  
cienn  
ché la  
me ni  
Apôtr  
rer Di  
Ay  
& le  
suivan

Un  
délivr  
joye d

D

D  
perc

Q

me,

& no

tum

Ec


minu

Av

tate t



Ce Cierge allumé qu'on fait paroître, nous enseigne que Notre-Seigneur étant mort quant à l'humanité, demeura vivant quant à la divinité. Que si on fait quelque bruit avant que de s'en aller, c'est pour montrer avec combien de tumulte & d'insolence les Soldats envoyés se saisirent de notre Seigneur au Jardin des Olives.



## A P R I M E.

Ces trois jours on chante Matines à haute voix, d'autant qu'elles representent les Prophètes de l'ancienne Loi, qui sans aucune crainte ont prédit & prêché la venue du Messie. Mais on ne chante point Prime ni les autres heures du jour, pour montrer que les Apôtres se taisoient pour lors, & n'osoient se déclarer Disciples de celui qu'ils voyoient si maltraité.

Ayant dit tout bas le *Pater noster*, l'*Ave Maria* & le *Credo*, on commence absolument le Pseaume suivant.

## P S E A U M E 72.

Une Ame affligée de ses ennemis prie Dieu de l'en délivrer, & promet qu'ensuite elle lui offrira avec joye des sacrifices de louanges & d'actions de graces.

**D**EUS, in Nomine tuo salvum me fac,  
& in virtute tua judica me.

Deus exaudi orationem meam : auribus  
percipe verba oris mei.

Quoniam alieni insurrexerunt adversum  
me, & fortes quæsierunt animam meam,  
& non proposuerunt Deum ante conspec-  
tum suum.

Ecce enim Deus adjuvat me : & Do-  
minus susceptor est animæ meæ.

Averte mala inimicis meis : & in veri-  
tate tua disperde illos.

Voluntariè sacrificabo tibi : & confitebor  
nomini tuo, Domine, quoniam bonum est.

Quoniam ex omni tribulatione eripuisti  
me : & super inimicos meos despexit ocu-  
lus meus.

## P S E A U M E I I 8.

David releve en tout ce Pseaume la loi, la parole,  
les préceptes, les ordonnances de Dieu. Il témoigne  
par tout avec quelle ardeur il desire de leur être  
fidele, & combien il les aime.

**B**Eati immaculati in via : quiambu-  
lant in lege Domini.

Beati qui scrutantur testimonia ejus : in  
toto corde exquirunt eum.

Non enim qui operantur iniquitatem,  
in viis ejus ambulaverunt.

Tu mandasti : mandata tua custodiri  
nimis.

Utinam dirigantur viæ meæ : ad custo-  
diendas justificationes tuas.

Tunc non confundar : eum perspexero  
in omnibus mandatis tuis.

Confitebor tibi in directione cordis : in  
eo quod didici judicia justitiæ tuæ.

Justificationes tuas custodiam : non me  
derelinquas usquequaque.

In quo corrigit adolescentior viam suam;  
in custodiendo sermones tuos.

In toto corde meo exquisivi te : ne re-  
pellas me à mandatis tuis.

In corde meo abscondi eloquia tua : ut  
non peccem tibi.

Benedictus es, Domine: doce me justificationes tuas.

In labiis meis pronuntiavi omnia iudicia oris tui.

In via testimoniorum tuorum delectatus sum: sicut in omnibus divitiis.

In mandatis tuis exercebor: & considerabo vias tuas.

In justificationibus tuis meditabor: non obliviscar sermones tuos.

**R**etribue servo tuo, vivifica me: & custodiam sermones tuos.

Revela oculos meos; & considerabo mirabilia de lege tua.

Incola ego sum in terra: non abscondas à me mandata tua.

Concupivit anima mea desiderare justificationes tuas: in omni tempore.

Increpasti superbos: maledicti qui declinant à mandatis tuis.

Aufer à me opprobrium & contemptum: quia testimonia tua exquisivi.

Etenim sederunt Principes, & adversum me loquebantur: servus autem tuus exercebatur in justificationibus tuis.

Nam & testimonia tua meditatio mea est: & consilium meum justificationes tuæ.

Adhæsit pavimento anima mea: vivifica me secundum verbum tuum.

Vias meas enuntiavi & exaudisti me: doce me justificationes tuas.

Viam justificationum tuarum instrue me ; & exercebor in mirabilibus tuis.

Dormitavit anima mea præ tædio , confirma me in verbis tuis.

Viam iniquitatis amove a me : & de lege tua miserere mei.

Viam veritatis elegi : judicia tua non sum oblitus.

Adhæsi testimoniis tuis Domine ; noli me confundere.

Viam mandatorum tuorum cucurri : cum dilatasti cor meum.

*Après les Pseaumes tous se mettant à genoux ; on dit le Répons suivant.*

R. Christus factus est pro nobis obediens usque ad mortem.

*Pater noster tout bas. Et après le Pseaume Miserere mei Deus , &c. Et l'Oraison Respice quæsumus , &c.*



### A T I E R C E.

*Pater noster , &c. Ave Maria , &c. tout bas.*

**L**egem pone mihi , Dommine , viam justificationum tuarum : & exquiram eam semper.

Da mihi intellectum & scrutabor legem tuam : & custodiam illam in toto corde meo.

Deduc me in semitam mandatorum tuorum : quia ipsam volui.

Inclina cor meum in testimonia tua : & non in avaritiam.

Averte oculos meos ne videant vanitatem : in via tua vivificame.

Statue servo tuo eloquium tuum : in timore tuo.

Amputa opprobrium meum quod suspicatus sum : quia judicia tua jucunda.

Ecce concupivi mandata tua : in æquitate tua vivifica me.

Et veniat super me misericordia tua Domine : salutare tuum secundum eloquium tuum.

Et respondebo exprobrantibus mihi verbum : quia speravi in sermonibus tuis.

Et ne auferas de ore meo verbum veritatis usquequaque : quia in judiciis tuis supersperavi.

Et custodiam legem tuam semper : in sæculum , & in sæculum sæculi.

Et ambulabam in latitudine : quia mandata tua exquisivi.

Et loquebar de testimoniis tuis in conspectu Regum : & non confundebar.

Et meditabar in mandatis tuis quæ dilexi.

Et levavi manus meas ad mandata tua , quæ dilexi : & exercebar in justificationibus tuis.

**M**emor esto verbi tui servo tuo : in quo mihi spem dedisti.

Hæc me consolata est in humilitate mea :

quia eloquium tuum vivificavit me.

Superbi iniquè agebant usquequaque : à lege autem tua non declinavi.

Memor fui iudiciorum tuorum à sæculo, Domine : & consolatus sum.

Defectio tenuit me : pro peccatoribus derelinquentibus legem tuam.

Cantabiles mihi erant justificationes tuæ : in loco peregrinationis meæ.

Memor fui nocte nominis tui, Domine : & custodivi legem tuam.

Hæc facta est mihi : quia justificationes tuas exquisivi.

Portio mea, Domine : dixi custodire legem tuam.

Deprecatus sum faciem tuam in toto corde meo : miserere mei secundum eloquium tuum.

Cogitavi vias meas : & converti pedes meos in testimonia tua.

Paratus sum, & non sum turbatus : ut custodiam mandata tua.

Funes peccatorum circumplexi sunt me : & legem tuam non sum oblitus.

Mediâ nocte surgebam ad confitendum tibi : super iudicia justificationis tuæ.

Particeps ego sum omnium timentium te ; & custodientium mandata tua.

Misericordiâ tuâ Domine, plena est terra ; justificationes tuas doce me.

**B**onitatem fecisti cum servo tuo, Domine ; secundum verbum tuum.

Bo  
doce  
Pr  
propt  
Bo  
justifi  
Mu  
perbo  
scruta  
Co  
ego v  
Bo  
discar  
Bo  
agri &  
Ma  
verun  
cam m  
Qu  
buntu  
Co  
dicia t  
Fia  
secund  
Ve  
vivam  
Co  
quitat  
ercebo  
Con  
noveru  
Fia  
cation

Bonitatem, disciplinam, & scientiam  
doce me : quia mandatis tuis credidi.

Priusquàm humiliarer ego deliqui ;  
propterea eloquium tuum custodivi.

Bonus es tu ; & in bonitate tua doce me  
justificationes tuas.

Multiplicata est super me iniquitas su-  
perborum ; ego autem in toto corde meo  
scrutabor mandata tua.

Coagulatum est sicut lac cor eorum ;  
ego verò legem tuam meditatus sum.

Bonum mihi , quia humiliasti me ; ut  
discam justificationes tuas.

Bonum mihi lex oris tui ; super millia  
auri & argenti.

Manus tuæ fecerunt me , & psalma-  
verunt me ; da mihi intellectum , ut dis-  
cam mandata tua.

Qui timent te videbunt me & læta-  
buntur ; quia in verba tua supersperavi.

Cognovi Domine , quia æquitas ju-  
dicia tua & in veritate tua humiliasti me.

Fiat misericordia tua ut consoletur me ;  
secundùm eloquium tuum servo tuo.

Veniant mihi miserationes tuæ ; & vi-  
vivam ; quia lex tua meditatio mea est.

Confundantur superbi, quia injustè ini-  
quitatem fecerunt in me ; ego autem ex-  
ercebor in mandatis.

Convertantur mihi timentes te ; & qui  
noverunt testimonia tua.

Fiat cor meum immaculatum in justifi-  
cationibus tuis ; ut non confundar.





Nisi quod lex tua meditatio mea est :  
tunc fortè periissem in humilitate mea.

In æternum non obliviscar justifica-  
tiones tuas : quia in ipsis vivificasti me.

Tuus sum ego , salvum me fac : quo-  
niam justificationes tuas exquisivi.

Me expectaverunt peccatores ut perde-  
rent me : testimonia tua intellexi.

Omnis consummationis vidi finem : la-  
tum mandatum tuum nimis.

**Q**uomodo dilexi legem tuam , Do-  
mine : tota die meditatio mea est.

Super inimicos meos prudentem me fe-  
cisti mandato tuo : quia in æternum mi-  
hi est.

Super omnes docentes me intellexi :  
quia testimonia tua meditatio mea est.

Super senes intellexi : quia mandata tua  
quæsi.

Ab omni via mala prohibui pedes meos :  
ut custodiam verba tua.

A judiciis tuis non declinavi : quia tu  
legem posuisti mihi.

Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua :  
super mel ori meo.

A mandatis tuis intellexi : propterea  
odivi omnem viam iniquitatis.

Lucerna pedibus meis verbum tuum :  
& lumen semitis meis.

Juravi , & statui custodire judicia jus-  
titia tua.

bediens  
ere mei,  
spice que-  
X/X  
m mea;  
vi.  
ium tu-  
is me?  
praina;  
ando fa-  
n?  
ationes;  
què per-  
me in  
mandata  
vivifica  
tui.  
n tuum  
n veritas  
es : quo-  
Nisi

Humiliatus sum usquequaque, Domine:  
vivifica me secundum verbum tuum.

Voluntaria oris mei beneplacita fac. Do-  
mine : & judicia tua doce me.

Anima mea in manibus meis semper :  
& legem tuam non sum oblitus.

Posuerunt peccatores laqueum mihi : &  
de mandatis tuis non erravi.

Hæreditate acquisivi testimonia tua in  
æternum, quia exultatio cordis mei sunt.

Inclinavi cor meum ad faciendas justifi-  
cationes tuas in æternum : propter retri-  
butionem.

**I**Niquos odio habui : & legem tuam  
dilexi.

Adjutor & susceptor meus es tu : & in  
verbum tuum supersperavi.

Declinate à me maligni : & scrutabor  
mandata Dei mei.

Suscipe me secundum eloquium tuum,  
& vivam : & non confundas me ab expec-  
tatione mea.

Adjuva me, & salvus ero : & medita-  
bor in justificationibus tuis semper.

Sprevisti omnes discedentes à iudiciis  
tuis : quia injusta cogitatio eorum.

Prævaricantes reputavi omnes pecca-  
tores terræ : idè dilexi testimonia tua.

Confige timore tuo carnes meas : à iudi-  
ciis enim tuis timui.

Feci iudicium & justitiam : non tradas  
me calumniantibus me.

Sus-  
calum-

Oc-  
& in e-

Fac-  
diam t-

Ser-  
lectum

Ter-  
runt le-

Ide-  
& topa-

Pro-  
gebar

v. C  
usque

Pater  
l'Oraiso-

\*\*\*

Pater

**M**

Dec-  
nat : &

Os r-  
quia m-

Asp-  
dum ju-

Gre-

quium

injusti-

Suscipe servum tuum in bonum : non calumnientur me superbi.

Oculi mei defecerunt in salutare tuum : & in eloquium justitiæ tuæ.

Fac cum servo tuo secundum misericordiam tuam : & justificationes tuas doce me.

Servus tuus sum ego : da mihi intellectum , ut sciam testimonia tua.

Tempus faciendi Domine ; dissipaverunt legem tuam.

Ideò dilexi mandata tua : super aurum & topazion.

Propterea ad omnia mandata tua dirigebam : omnem viam iniquam odio habui.

v. Christus factus est pro nobis obediens usque ad mortem.

*Pater noster* tout bas. *Pseaume Miserere mei* , *Et l'Oraison* Respice quæsumus , &c.



## A N O N E.

*Pater noster* , *Et c.* *Ave Maria* , *Et c.* tout bas.

**M**irabilia testimonia tua : ideò scrutata est ea anima mea.

Declaratio sermonum tuorum illuminat : & intellectum dat parvulis.

Os meum aperui , & attraxi spiritum : quia mandata tua desiderabam.

Aspice in me , & miserere mei : secundum iudicium diligentium nomen tuum.

Gressus meos dirige secundum eloquium tuum : & non dominetur me omnis injustitia.

Redime me à calumniis hominum : ut  
custodiam mandata tua.

Faciem tuam illumina super servum  
tuum ; & doce me justificationes tuas.

Exitus aquarum deduxerunt oculi mei :  
quia non custodierunt legem tuam.

Iustus es Domine ; & rectum iudicium  
tuum.

Mandasti iustitiam testimonia tua : &  
veritatem tuam nimis.

Tabescere me fecit zelus meus : quia  
obliti sunt verba tua inimici mei.

Ignitum eloquium tuum vehementer : &  
servus tuus dilexit illud.

Adolescentulus sum ego & contemptus :  
justificationes tuas non sum oblitus.

Iustitia tua, iustitia in æternum : & lex  
tua veritas.

Tribulatio & angustia invenerunt me :  
mandata tua meditatio mea est.

Æquitas testimonia tua in æternum :  
intellectum da mihi, & vivam.

**C**lamavi in toto corde meo, exaudi  
me Domine ; justificationes tuas re-  
quiram.

Clamavi ad te, salvum me fac : ut cus-  
todiam mandata tua.

Præveni in maturitate, & clamavi : quia  
in verba tua supersperavi.

Prævenerunt oculi mei ad te diluculo :  
ut meditarer eloquia tua.

Vocem meam audi secundùm misericor-

diam  
cium

A  
iniqu  
sunt.

Pr  
tuæ v

In  
in æt

Vi  
quia

Ju  
propt

Lo  
cation

Mi  
cundu

Mu  
me :

Vi  
eloqu

Vi  
mine

Pr  
in æt

PR  
ve

La  
qui in

Ini  
sum :

diam tuam Domine : & secundum iudicium tuum vivifica me.

Appropinquaverunt persequentes me iniquitati : à lege autem tua longè facti sunt.

Propè es tu Domine : & omnes viæ tuæ veritas.

Initio cognovi de testimoniis tuis : quia in æternum fundasti ea.

Vide humiliatem meam , & eripe me : quia legem tuam non sum oblitus.

Judica iudicium meum , & redime me : propter eloquium tuum vivifica me.

Longè à peccatoribus salus : quia justificationes tuas non exquisierunt.

Misericordiæ tuæ multæ Domine : secundum iudicium tuum vivifica me.

Multi qui persequuntur me & tribulant me : à testimoniis tuis non declinavi.

Vidi prævaricantes & tabescebam ; quia eloquia tua non custodierunt.

Vide quoniam mandata tua dilexi , Domine ; in misericordia tua vivifica me.

Principium verborum tuorum veritas : in æternum omnia iudicia justitiæ tuæ.

**P**Rincipes persecuti sunt me gratis : & à verbis tuis formidavit cor meum.

Lætabor ego super eloquia tua : sicut qui invenit spolia multa.

Iniquitatem odio habui & abominatus sum : legem autem tuam dilexi.

Septies in die laudem dixi tibi : super  
juditia justitiæ tuæ.

Pax multa diligentibus legem tuam : &  
non est illis scandalum.

Expectabam salutare tuum Domine ; &  
mandata tua dilexi.

Custodivit anima mea testimonia tua :  
& dilexit ea vehementer.

Servavi mandata tua & testimonia tua ;  
quia omnes viæ meæ in conspectu tuo.

Appropinquet deprecatio mea in consp  
ectu tuo , Domine : juxta eloquium tuum  
da mihi intellectum.

Intret postulatio mea in conspectu tuo :  
secundum eloquium tuum eripe me.

Eruent labia mea Hymnum : cum  
docueris me justificationes tuas.

Pronuntiabit lingua mea eloquium  
tuum : quia omnia mandata tua æquitas.

Fiat manus tua , ut salvet me : quoniam  
mandata tua elegi.

Concupivi salutare tuum Domine ; &  
lex tua meditatio mea est.

Vivet anima mea , & laudabit te ; &  
judicia tua adjuvabunt me.

Erravi sicut ovis quæ periit ; quære ser  
vum tuum , quia mandata tua non sum  
oblitus.

v. Christus factus est pro nobis obediens  
usque ad mortem.

*Pater noster tout bas. Et après le Pseaume Miserere  
mei Deus , &c. folio 149. Et l'Oraison Respice  
quæsumus , &c. folio 121.*



Cette Messe  
qu'aujourd'hui  
ment de l'Auto  
in excelsis, qui  
faut remarquer  
principaux My  
l'Evangile il e  
PEpître du Sai  
troite de la Cro  
Fils de Dieu ,  
de sa résurrecti


Station

**N**Os aut  
Domin  
est salus, vi  
quem salvati  
v. Deus n  
nobis ; illun  
& misereatur

On re

H

**G**Loria in  
Et in te  
luntatis.  
Laudamus  
Benedicim  
Adoramus  
Glorifican  
Gratias ag  
gloriam tuam



## A L A M E S S E.

Cette Messe se chante fort solennellement, parce qu'aujourd'hui fut institué le Très-Auguste Sacrement de l'Autel. C'est pourquoy on chante le *Gloria in excelsis*, qui est une Hymne de réjouissance. Or il faut remarquer que la Messe de ce jour contient les principaux Mysteres de notre redemption, car en l'Evangile il est parlé du lavement des pieds, en l'Épître du Saint Sacrement de l'Autel, dans l'Introite de la Croix, dans le Graduel: de la mort du Fils de Dieu, & dans l'Offertoire on fait mémoire de sa résurrection.

Station à Saint Jean de Latran.

## I N T R O I T E.

**N**Os autem gloriari oportet in Cruce Domini nostri. Jesu Christi, in quo est salus, vita & resurrectio nostra; per quem salvati & liberati sumus.

v. Deus misereatur nostri, & benedicat nobis; illuminet vultum suum super nos, & misereatur nostri.

*On recommence* Nos autem.

H Y M N E *des Anges.*

**G**Loria in excelsis Deo.  
Et in terra pax hominibus bonæ voluntatis.

Laudamus te.

Benedicimus te.

Adoramus te.

Glorificamus te.

Gratias agimus tibi propter magnam gloriam tuam.

Domine Deus, Rex cælestis, Deus  
Pater omnipotens.

Domine Fili unigenite, Jesu Christe.

Domine Deus, Agnus Dei, Filius Patris.

Qui tollis peccata mundi, miserere nobis.

Qui tollis peccata mundi suscipe deprecationem nostram.

Qui sedes ad dexteram Patris, miserere nobis.

Quoniam tu solus sanctus.

Tu solus Dominus.

Tu solus altissimus, Jesu Christe.

Cum sancto Spiritu in gloria Dei Patris.

Amen.

Pendant le *Gloria in Excelsis* on sonne les cloches, & on ne les sonne plus jusqu'au Samedi Saint, qui représentent les Apôtres, parce qu'ils se montrèrent alors comme muets, en la défense de Jesus. Ce qui se fait aussi pour nous ôter tout sujet d'allegresse. Et si on averit avec des instrumens de bois, c'est afin que nous nous souvenions d'avoir acquis notre redemption sur le bois.

*Oremus.*

**D**Eus, à quo & Judas reatus sui poenam, & confessionis suæ latro præmium sumpsit; concede nobis tuæ propitiationis effectum, ut sicut in Passione sua Jesus Christus Dominus noster diversa utriusque intulit stipendia meritorum; ita, nobis ablato vetustatis errore, resurrectionis suæ gratiam largiatur. Qui tecum vivit & regnat, &c.

**F**RATRUM  
jam  
ducare. U  
ad mandu  
alius aut  
non hab  
dum? A  
& confun  
dicam vo  
laudo. E  
& tradidi  
in qua no  
& gratias  
pite & ma  
quod pro  
meam co  
Calicem,  
Hic Calix  
sanguine  
tis, in m  
escumque  
& Calice  
nuntiabit  
que mand  
rit Calic  
Corporis  
autem sei  
& de cali  
& bibit i  
& bibit,



*Leſtio Epiftolæ Beati Pauli Apoſtoli ad  
Corinthios.*

**F**Ratres, convenientibus vobis in unum, jam non est Dominicam cœnam manducare. Unusquisque enim suam præsumit ad manducandum. Et alius quidem esurit, alius autem ebrius est. Numquid domos non habetis ad manducandum & bibendum? Aut Ecclesiam Dei contemnitis, & confunditis eos qui non habent? Quid dicam vobis? Laudo vos? In hoc non laudo. Ego enim accepi à Domino quod & tradidi vobis: quoniam Dominus Jesus in qua nocte tradebatur, accepit panem, & gratias agens, fregit, & dixit; Accipite & manducate: Hoc est Corpus meum, quod pro vobis tradetur: hoc facite in meam commemorationem. Similiter & Calicem, postquam cœnavit, dicens: Hic Calix novum Testamentum est in meo sanguine: hoc facite quotiescumque bibetis, in meam commemorationem. Quotiescumque enim manducabitis Panem hunc, & Calicem bibetis, mortem Domini annuntiabitis donec veniat. Itaque, quicumque manducaverit panem hunc, vel biberit Calicem Domini indignè, reus erit Corporis & Sanguinis Domini. Probet autem seipsum homo: sic de pane illo edat, & de calice bibat. Qui enim manducat & bibit indignè, judicium sibi manducat & bibit, non dijudicans Corpus Domini.

Ideò inter vos multi infirmi & imbecilles,  
& dormiunt multi: Quod si nosmetipsos  
dijudicaremus, non utique judicaremur:  
Dum judicamur autem à Domino, corri-  
pimur, ut cum hoc mundo damnemur.

*Graduel.*

**C**Hristus factus est pro nobis obediens  
usque ad mortem, mortem autem cru-  
cis.

v. Propter quod & Deus exaltavit illum,  
& dedit illi nomen quod est super omne  
nomen.

*Sequentia sancti Evan-  
gelii secundum Joan-  
nem.*

*Suite du Saint Evan-  
gile selon S. Jean.*

**A**Nte diem fes-  
tum Paschæ,  
sciens Jesus, quia ve-  
nit hora ejus, ut tran-  
seat ex hoc mundo  
ad Patrem: cum di-  
lexisset suos, qui  
erant in mundo, in  
finem dilexit eos. Et  
coenâ factâ cum Dia-  
bolus jam misisset in  
cor, ut traderet eum.  
Judas Simonis Isca-  
riotæ: sciens quia  
omnia dedit ei Pater  
in manus, & quia à

**A**Vant la Fête de  
Pâque, Jesus sça-  
chant que son heure étoit  
venue de passer de ce  
monde à son Pere, com-  
me il avoit aimé les siens  
qui étoient dans le monde,  
il les aima jusqu'à la fin.  
Et après le souper, le  
Diable ayant déjà mis  
dans le cœur de Judas,  
fils de Simon Iscariote,  
le dessein de le trahir:  
Jesus qui sçavoit que son  
Pere lui avoit mis toutes  
choses entre les mains,  
qu'il étoit sorti de Dieu,  
& qu'il s'en retournoit à  
Dieu, se leva de table,  
quitta ses vêtemens, &

ayant pri-  
mit à l'  
puis aya  
dans un  
menca à l'  
ses Discip  
fuyer ave  
avoit aut  
vint donc  
qui lui di  
gneur, vo  
pieds? Je  
dit: Vou  
maintenan  
mais vou  
après. Pie  
Jamais vou  
les pieds.  
pondit: S  
lave, vous  
de par ave  
Pierre lui d  
non-seulem  
mais aussi l  
tête. Jetus  
qui a été  
plus beso  
laver les p  
pur dans to  
pour vous a  
pur, mais  
car il cor  
celui qui le  
& c'est po  
dit: Vous  
purs. Leu  
lavé les pie  
ses vêtemen  
mis à table  
Sçavez-vous

ayant pris un linge, il le mit à l'entour de lui; puis ayant versé de l'eau dans un bassin, il commença à laver les pieds de ses Disciples, & à les essuyer avec le linge qu'il avoit autour de lui. Il vint donc à Simon Pierre, qui lui dit: Quoi, Seigneur, vous me lavez les pieds? Jesus lui répondit: Vous ne sçavez pas maintenant ce que je fais; mais vous le sçavez après. Pierre lui dit: Jamais vous neme lavez les pieds. Jesus lui répondit: Si je ne vous lave, vous n'aurez point de part avec moi. Simon Pierre lui dit: Seigneur, non-seulement les pieds, mais aussi les mains & la tête. Jesus lui dit; Celui qui a été déjà lavé n'a plus besoin que de se laver les pieds, & il est pur dans tout le reste; & pour vous aussi, vous êtes pur, mais non pas tous; car il connoissoit bien celui qui le devoit trahir, & c'est pour cela qu'il dit: Vous n'êtes pas tous purs. Leur ayant donc lavé les pieds, il reprit ses vêtements, & s'étant mis à table, il leur dit: Sçavez-vous ce que je

Deo exivit, & ad Deum vadit, surgit à cœna, & ponit vestimenta sua. Et cùm accepisset linteum præcinxit se. Deinde misit aquam in pelvini, & cœpit lavare pedes Discipulorum, & extergere linteo quo erat præcinctus. Venit ergo ad Simonem Petrum. Et dixit ei Petrus: Domine, tu mihi lavas pedes? Respondit Jesus, & dixit ei: Quod ego facio, tu nescis modò: scies autem postea. Dixit ei Petrus: Non lavabis mihi pedes in æternum. Respondit ei Jesus: Si non laverò te, non habebis partem mecum. Dixit ei Simon Petrus: Domine, non tantùm pedes meos, sed & manus & caput. Dixit ei Jesus: Qui lautus est non indiget, nisi

illes,  
 tipfos  
 emur.  
 corri-  
 ur.

ediens  
 n cru-

illum,  
 omne.

Evan-  
 Jean.

Fête de  
 Jesus sça-  
 eure étoit  
 er de ce  
 re, com-  
 les siens  
 le monde;  
 s'à la fin.  
 uper, le  
 déjà mis  
 e Judas,  
 Scariote,  
 le trahir.  
 t que son  
 mis toutes  
 es mains,  
 de Dieu,  
 tournoit à  
 de table,  
 emens, &

ut pedes laver, sed est mundus totus. Et vos mundi estis, sed non omnes. Sciebat enim quisnam esset qui traderet eum. Propterea dixit: Non estis mundi omnes. Postquam ergo lavit pedes eorum, accepit vestimenta sua. Et cum recubisset, iterum dixit eis: Scitis quid fecerim vobis? Vos vocatis me Magister & Domine, & benedicitis: sum etenim. Si ergo ego lavi pedes vestros, Dominus & Magister, & vos debetis alter alterius lavare pedes. Exemplum enim dedi vobis, ut quemadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis.

*Credo, comme ci-devant.*

*Offertoire.*

**D**extera Domini fecit virtutem: dextera Domini exaltavit me; non moriar, sed vivam, & narrabo opera Domini.

*Secrette.*

**I**Pse tibi, quæsumus Domine, sancte Pater, omnipotens æterne Deus, sacrificium nostrum reddat acceptum, qui Discipulis suis in sui commemorationem hoc fieri hodiernâ traditione monstravit, Jesus Christus Filius tuus Dominus noster. Qui tecum vivit & regnat, &c.

Préface

Préface  
L'Agnus  
donne p  
que Jud  
duquel i  
hier.

Aujou  
décent u  
quel on  
de besoin  
sang. Ap  
s'acheve.

**D**On  
Di  
ait illis  
Domin  
bis, ut

**R**E  
D  
pore no  
mortali  
Domin

On dit  
tion, &  
parachev  
cession à  
s'agenoui  
dedans d  
cense tro  
pris du D  
Sacremen  
même se  
milieu du  
gauche,

Préface comme au Dimanche des Rameaux. L'*Agnus Dei* se dit comme de coutume ; mais on ne donne point le baiser de paix, en détestation du baiser que Judas donna à Notre Seigneur, par le moyen duquel il trahit son Maître, qu'il avoit vendu dès hier.

Aujourd'hui le Prêtre réserve en quelque lieu décent une Hostie sacrée pour le jour suivant, auquel on ne consacre point ; même plusieurs, s'il est de besoin, pour les Malades. Mais il prend tout le sang. Après on donne la Communion, & la Messe s'acheve.

*Communion.*

**D**ominus Jesus, postquam cœnavit cum Discipulis suis, lavit pedes eorum, & ait illis ; Scitis quid fecerim vobis, ego Dominus & Magister exemplum dedi vobis, ut & vos ita faciatis.

*Postcommunion.*

**R**efecti vitalibus alimentis, quæsumus Domine Deus noster ; ut quod tempore nostræ mortalitatis exequimur, immortalitatis tuæ munere consequamur. Per Dominum nostrum, &c.

On dit *Ite Missa est*, puis on donne la bénédiction, & on dit l'Évangile de S. Jean. La Messe parachevée, on allume les torches & on fait la Procession à l'accoutumée. Celui qui a dit la Messe s'agenouille devant l'Autel, mettant de l'encens dedans deux Encensoirs, avec l'un desquels il encense trois fois le Saint Sacrement. Ensuite, ayant pris du Diacre le Calice ou autre Vase où soit le S. Sacrement couvert des extrémités du voile, duquel même ses épaules sont entourées, il marche au milieu du Diacre à la droite, & du Sou-Diacre à la gauche, étant dessous le Poile ; deux Acolites en-

Q

conservant toujours le Saint Sacrement jusqu'au lieu du Monument préparé, auquel il doit être réservé jusqu'au lendemain. Durant cette Procession on chante l'Hymne suivante.

## H Y M N E.

**P** Ange lingua gloriosi.  
Corporis mysterium.

Sanguinisque pretiosi,  
Quem in mundi pretium,  
Fructus ventris generosi,  
Rex effudit gentium.

Nobis datus, nobis natus,  
Ex intacta Virgine.  
Et in mundo conversatus,  
Sparso Verbi semine,  
Sui moras incolatus,  
Miro claudit ordine.

In supremæ nocte cœnæ,  
Recumbens cum fratribus,  
Observatâ lege plenè,  
Cibus in legalibus.  
Cibum turbæ duodenæ,  
Se dat suis manibus.

Verbum caro, panem verum,  
Verbo carnem efficit;  
Fit que sanguis Christi merum.  
Et si sensus deficit,  
Ad firmandum cor sincerum,  
Sola fides sufficit.

Tantum ergò Sacramentum,  
Veneremur cernui:  
Et antiquum documentum,

Novo  
Præste  
Sensu  
Gen

Laus &  
Salus,  
Sit & b  
Pocede  
Comp  
Amen.

\*\*\*\*\*

Ayant re  
dêrechef en  
ayant dit t  
commence a  
par la premi


Ant. C  
men Dom

David re  
reçûs. Il pr  
grande asser

**C**Red  
Ego a  
Ego di  
mendax.

Quid r  
quæ retrib  
Calicer  
Domini i  
Vota n

Novo cedat ritui.  
 Præstet fides supplementum :  
 Sensuum defectui.  
 Genitori , Genitoque ,  
 Laus & jubilatio ,  
 Salus , honor , virtus quoque ,  
 Sit & benedictio :  
 Pocedenti ab utroque ,  
 Compar fit laudatio .  
 Amen .



## A V E S P R E S .

Ayant remis le S. Sacrement au Monument , & dérechef encensé , après on dit Vêpres au Chœur , ayant dit tout bas *Pater noster* , *Ave Maria* . On commence absolument les Vêpres sans les chanter par la première Antienne .

*Ant.* Calicem salutaris accipiam , & nomen Domini invocabo .

## P S E A U M E 115 .

David rend grâces à Dieu des biens qu'il en a reçûs . Il promet de lui rendre ses vœux dans une grande assemblée .

**C**Redidi , propter quod locutus sum :  
 Ego autem humiliatus sum nimis .

Ego dixi in excessu meo : omnis homo mendax .

Quid retribuam Domino : pro omnibus quæ retribuit mihi ?

Calicem salutaris accipiam : & nomen Domini invocabo .

Vota mea Domino reddam coram omni

populo ejus : preciosa in conspectu Domini mors sanctorum ejus.

O Domine , quia ego servus tuus , ego servus tuus , & filius ancillæ tuæ.

Diripuisti vincula mea , tibi sacrificabo hostiam laudis ; & nomen Domini invocabo.

Vota mea Domino reddam in conspectu omnis populi ejus : in attriis domus Domini in medio tui Jerusalem.

*Ant.* Calicem salutaris accipiam : & nomen Domini invocabo.

*Ant.* Cum his qui oderunt pacem , eram pacificus ; cum loquebar illis , impugnabant me gratis.

## P S E A U M E 119.

L'Eglise soupire de se voir étrangere sur la terre parmi des peuples qui la combattent. Elle prie Dieu de l'en délivrer. C'est le premier des Pseaumes qu'on appelle Graduel.

**A**D Dominum cum tribularer clamavi : & exaudivit me.

Domine , libera animam meam à labiis iniquis : & à lingua dolosa.

Quid detur tibi , aut quid apponatur tibi ; ad linguam dolosam ?

Sagittæ potentis acutæ ; cum carbonibus desolatoriis.

Heu mihi ! quia incolatus meus prolongatus est , habitavi cum habitantibus.

Cedar ; multum incola fuit anima mea.

Cum his qui oderunt pacem eram pa-

cificus :  
bant me

*Ant.*

pacificus  
nabant me

*Ant.*

Domine

L'Ame  
des calom  
vengeance

**E**Rip  
vire

Qui c  
totâ die c

Acuer  
venenun

Custo  
ris ; & a

Qui c  
meos ; ab

Et fur  
iter scanc

Dixi D  
Domine

Domit  
obumbra

Netra  
peccatori

derelinqu

Caput  
ipforum c



cificus : cùm loquebar illis , impugna-  
bant me gratis.

*Ant.* Cum his qui oderunt pacem eram  
pacificus ; cùm loquebar illis , impug-  
nabant me gratis.

*Ant.* Ab hominibus iniquis libera me  
Domine.

## P S E A U M E 139.

L'Ame prie Dieu de la délivrer des méchans &  
des calomnieurs , & de faire tomber sur eux sa  
vengeance.

**E**Ripe me Domine ab homine malo ; à  
viro iniquo eripe me.

Qui cogitaverunt iniquitates in corde ;  
totâ die constituebant prælia.

Acuerunt linguas suas sicut serpentis ;  
venenum aspidum sub labiis eorum.

Custodi me Domine de manu peccato-  
ris ; & ab hominibus iniquis eripe me.

Qui cogitaverunt supplantare gressus  
meos ; absconderunt superbi laqueum mihi.

Et funes extenderunt in laqueum : juxtâ  
iter scandalum posuerunt mihi.



Dixi Domino, Deus meus es tu ; exaudi  
Domine vocem deprecationis meæ.

Domine, Domine , virtus salutis meæ ;  
obumbrasti super caput meum in die belli.




Ne tradas me, Domine, à desiderio meo  
peccatori ; cogitaverunt contra me, ne  
derelinquas me, ne fortè exaltentur.

Caput circuitus eorum ; labor labiorum  
ipsorum operiet eos.





**IMAGE EVALUATION  
TEST TARGET (MT-3)**



**Photographic  
Sciences  
Corporation**

23 WEST MAIN STREET  
WEBSTER, N.Y. 14580  
(716) 872-4503

11.0  
E 128  
E 125  
E 122  
E 120  
E 118  
E 116

11.0  
E 128  
E 125  
E 122  
E 120  
E 118  
E 116

Cadent super eos carbones, in ignem deiciet eos; in miseriis non subsistent.

Vir linguosus non dirigetur in terra; virum injustum mala capient in interitu.

Coghovi quia faciet Dominus iudicium inopis; & vindictam pauperum.

Verumtamen iusti confitebuntur nomini tuo; & habitabunt recti cum vultu tuo.

*Ant.* Ab hominibus iniquis libera me, Domine.

*Ant.* Custodi me à laqueo quem stauerunt mihi; & à scandalis operantium iniquitatem.

## P S E A U M E 140.

L'Ame affligée demande à Dieu la patience dans ses maux, & protection contre ses ennemis.

**D**omine, clamavi ad te, exaudi me: intende vocem meam cum clamaveroad te.

Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo: elevatio manuum mearum sacrificium vespertium.

Pone Domine custodiam ori meo: & ostium circumstantiæ labiis meis.

Non declines cor meum in verba malitiæ: ad excusandas excusationes in peccatis.

Cum hominibus operantibus iniquitatem: & non communicabo cum electis eorum.

Corripiet me Justus in misericordia, & increpabit me: oleum autem peccatoris non impinguet caput meum.

placi  
judic  
Au  
runt  
per te  
Di  
quia a  
te spe  
Cu  
mihi:  
tatem.  
Cad  
gularit  
*Ant.*  
runt mi  
quitate  
*Ant.*  
bam, &  
L'Ame fe  
**V**Oc  
me  
Effun  
meam:  
pronunti  
In del  
& tu cog  
In via  
runt laqu

Quoniam adhuc & oratio mea in beneplacitis eorum : absorpti sunt juncti petrae iudices eorum.

Audient verba mea , quoniam poterunt : sicut crassitudo terrae erupta est super terram.

Dissipata sunt ossa nostra sicut infernum , quia ad te Domine Domine oculi mei : in te speravi , non auferas animam meam.

Custodi me à laqueo , quem statuerunt mihi : à scandalis & operantium iniquitatem.

Cadent in retiaculo ejus peccatores : singulariter sum ego , donec transeant.

*Ant.* Custodi me à laqueo quem statuerunt mihi , & à scandalis operantium iniquitatem.

*Ant.* Considerabam ad dexteram & videbam , & non erat qui cognosceret.

P S E A U M E 141.

L'Ame se trouvant abandonnée de tous les hommes ; invoque Dieu à son secours.

**V**Oce meâ ad Dominum clamavi : voce meâ ad Dominum deprecatus sum.

Effundo in conspectu ejus orationem meam : & tribulationem meam ante ipsum pronuntio.

In deficiendo ex me spiritum meum : & tu cognovisti semitas meas.

In via hac quâ ambulabam : absconderunt laqueum mihi.

Considerabam ad dexteram & videbam :  
& non erat qui cognosceret me.

Periit fuga à me : & non est qui requi-  
rat animam meam.

Clamavi ad te , Domine , dixi : Tu es  
spes mea , portio mea in terra viventium.

Intende ad deprecationem meam : quia  
humiliatus sum nimis.

Libera me à persequentibus me : qui  
confortati sunt super me.

Educ de custodia animam meam ad con-  
fitendum nomini tuo me spectant Justi do-  
nec retribuas mihi.

*Ant.* Considerabam ad dexteram & vi-  
debam : & non erat qui cognosceret me.

*Durant ces trois jours , on ne dit point de  
Chapitre ni Hymne , ni Verset.*

*Au Magnificat. Antienne.*

Cœnantibus illis , accepit Jesus Panem ,  
& benedixit ac fregit , deditque Discipulis  
suis.

Magnificat anima mea , &c. folio 64. *On répète  
l'Antienne Cœnantibus , après laquelle on dit le v.  
Christus factus est pro nobis obediens usque ad  
mortem.*

Pater noster , tout bas & après , le Pseaume Mi-  
serere mei Deus , &c. folio 149. *Et l'Oraison Res-  
pice quæsumus , &c. folio 121.*

*Les Prêtres avec les Ministres découvrent les  
Autels , en disant l'Antienne Diviserunt sibi vesti-  
menta mea , & super vestem meam miserant sortem ,  
avec tout le Pseaume Deus , Deus meus respice in  
me comme ci-devant.*

Après  
été fait  
Clercs  
Diacre  
comme  
lave les  
baïse. E  
ou en pa

*Ant.*

diligati  
Domin

*Psal*  
ambula

On ré  
les autres  
fets , for  
Verset de

*Ant.*

na , mi  
vare p  
exempl

*Psal*  
nimis :

sancto

*Ant.*

vit cum

rum ,

bis ego  
dedi vo

*Psal*

tuam :

*Ant.*

Respon  
ro tibi p

Après la dénudation des Autels, le signe ayant été fait à l'heure compétante avec la table, les Clercs s'assemblent pour faire le lavement, & le Diacre ayant chanté l'Evangile *Ante diem Festum*, comme ci-devant à la Messe, page 178. le Supérieur lave les pieds des gens destinés, & les essuye & baise. Et cependant ce qui suit est chanté, ou tout, ou en partie, selon la disposition du Chantre.

*Ant.* Mandatum novum do vobis, ut diligatis invicem sicut dilexi vos, dixit Dominus.

*Psal.* Beati immaculati in via : qui ambulant in lege Domini.

On répète l'Antienne *Mandatum novum*, & ainsi les autres Antiennes qui ont des Pseaumes ou Versets, sont répétées, & on dit seulement le premier Verset de chaque Pseaume.

*Ant.* Postquam surrexit Dominus à cœna, misit aquam in pelvim, & cœpit lavare pedes Discipulorum suorum : hoc exemplum.

*Psal.* Magnus Dominus, & laudabilis nimis : in civitate Dei nostri, in monte sancto ejus.

*Ant.* Dominus Jesus, postquam cœnavit cum Discipulis suis, lavit pedes eorum, & ait illis : Scitis quid fecerim vobis ego Dominus & Magister ? Exemplum dedi vobis ut & vos ita faciatis.

*Psal.* Benedixisti Domine terram tuam : avertisti captivitatem Jacob.

*Ant.* Domine, tu mihi lavas pedes ? Respondit Jesus, & dixit ei : Si non laverò tibi pedes, non habebis partem mecum.



v. Venit ergo ad Simonem Petrum : & dixit ei Petrus.

*On répète l'Antienne.*

*Ant.* Domine, tu mihi lavas pedes ? Respondit Jesus, & dixit ei : Si non lavaro tibi pedes, non habebis partem mecum.

v. Quod ego facio tu nescis modò, scies autem postea.

*On répète l'Antienne pour la-troisième fois.*

*Ant.* Domine, tu mihi lavas pedes ? Respondit Jesus, & dixit ei : Si non lavaro tibi pedes, non habebis partem mecum.

v. Si ego Dominus & Magister vester lavi vobis pedes : quantò magis debetis alter alterius lavare pedes.

*Psal.* Audite hæc omnes Gentes : auribus percipite qui habitatis orbem.

*Ant.* In hoc cognoscent omnes, quia Discipuli mei estis : si dilectionem habueritis ad invicem.

v. Dixit Jesus Discipulis suis.

*Ant.* Maneant in vobis fides, spes, charitas, tria hæc : major autem horum est charitas.

v. Nunc autem manent fides, spes, charitas, tria hæc : major autem horum est charitas.

*Ant.* Benedicta sit sancta Trinitas, atque individua unitas : confitebitur ei : quia fecit nobiscum misericordiam suam.

v. Benedicamus Patrem & Filium, cum sancto Spiritu.

*Psal.*

Domini  
anima

*Ant.*

v. C

amor.

v. E

v. T

v. E

*Ant.*

v. S

mur.

v. M

v. C

v. E

*Ant.*

v. S

v. G

Christe

v. G

probum

v. S

R. A

Après

autres, d

Et ne nos

à malo.

v. T

R. C

v. T

rum.

R. O

*Pſalm.* Quoniam dilecta tabernacula tua,  
Domine virtutum : concupiscit & deficit  
anima mea in atria Domini.

*Ant.* Ubi charitas & amor , Deus ubi est.  
v. Congregavit nos in unum Christi  
amor.

v. Exultemus , & in ipſo jucundemur.  
v. Timeamus & amemus Deum vivum.  
v. Et ex corde diligamus nos ſincero.

*Ant.* Ubi charitas & amor , Deus ubi est.  
v. Simul ergo cum in unum congrega-  
mur.

v. Ne nos mente dividamur , caveamus.  
v. Cessent jurgia maligna , cessent lites.  
v. Et in medio nostri sit Christus Deus.

*Ant.* Ubi charitas & amor , Deus ibi est.  
v. Simul quoque cum beatis videamus.  
v. Gloriantus vultus vultum tuum ,  
Christe Deus.

v. Gaudium quod est immensum etque  
probum.

v. Sæcula per infinita seculorum.

R. Amen.

Après le lavement , celui qui lave les pieds aux  
autres , dit , tête découverte , *Pater noster* tout bas.  
*Et ne nos inducas in tentationem.* R. *Sed libera nos  
à malo.*

v. Tu mandasti mandata tua Domine.

R. Custodiri nimis.

v. Tu lavasti pedes Discipulorum tuo-  
rum.

R. Opera manuum tuarum ne despicias.

v. Domine exaudi orationem meam.

r. Et clamor meus ad te veniat.

v. Dominus vobiscum.


r. Et cum spiritu tuo.

*Oremus.*

**A**desto, Domine, quæsumus, officio servitutis nostræ; & quia tu Discipulis tuis pedes lavare dignatus es, ne despicias opera manuum tuarum quæ nobis retinenda mandasti: ut sicut hîc nobis, & à nobis exteriora abluuntur inquinamenta sic à te omnium nostrum interiora laventur peccata. Quod ipse præstare digneris, qui vivis & regnas Deus. Per omnia secula seculorum. Amen.

A Complies., ayant seulement fait la confession & l'absolution, on commence le Pseaume *Cum invocarem.* & les autres Pseaumes qui suivent à la page 66.

*Pater noster* tout bas. Pseaume *Miserere mei*, comme au feuillet 149. Et l'*Oraison* *Respice quæsumus*, &c. folio 121.



L'OFFICE DU SOIR

DU JEUDI SAINT.

Pour le Vendredi à Matines.

*Au premier Nocturne. Antienne.*

Astiterunt Reges terræ, & Principes convenerunt in unum adversus Dominum, & adversus Christum ejus.

Pseaume.

Que  
lement  
sent au  
qui a é  
tout le

Q U

Ast

conver  
num &

Dir

jiciam

Qui

Domin

Tun

furore

Ego

super

dicans

Dom

tu, ego

Post

reditate

termino

Reg

vas figu

Et nu

qui judi

Servi

ei cum t

## P S E A U M E . 2 .

Que c'est en vain que les hommes, & principalement les Rois & les Princes de la terre s'opposent au Royaume de Jesus-Christ, puisque c'est lui qui a été établi par Dieu son Pere pour être le Roi de tout le monde. Excellente exhortation aux Rois.

**Q**uare fremuerunt Gentes : & populi meditati sunt inania ?

Astiterunt Reges terræ, & Principes convenerunt in unum : adversus Dominum & adversus Christum ejus.

Dirumpamus vincula eorum : & projiciamus à nobis jugum ipsorum.

Qui habitat in Coelis iridebit eos : & Dominus subsanabit eos.

Tunc loquetur ad eos in ira sua : & in furore suo conturbabit eos.

Ego autem constitutus sum Rex ab eo super Sion montem sanctus ejus : prædicans præceptum ejus.

Dominus dixit ad me : Filius meus es tu, ego hodiè genui te.

Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam : & possessionem tuam terminos terræ.

Reges eos in virgâ ferrea : & tanquam vas figuli confringes eos.

Et nunc Reges, intelligite : erudimini qui judicatis terram.

Servite Domino in timore, & exultate ei cum tremore.

R

E D I

meam.

iat.

us, officio  
a tu Disci-  
us es, ne  
n quæ no-  
t hîc nobis,  
quinamen-  
iora laven-  
e digneris,  
r omnia se-

la confession  
aume Cum in-  
juivent à la

Miserere mei,  
Respice quæ-

~~XXXXXXXXXX~~

O I R

I N T.

tines.

ienne.

& Principes  
Dominum,

Pseume.

Apprehendite disciplinam , nequando irascatur Dominus : & pereatis de via justa.

Cum exarserit in brevi ira ejus : beati omnes qui confidunt in eo.

*Ant.* Astiterunt Reges terræ : & Principes convenerunt in unum adversus Dominum & adversus Christum ejus.

*Ant.* Diviserunt sibi vestimenta mea , & super vestem meam miserunt sortem.

## P S E A U M E 21.

Jesus-Christ étant en Croix prie son Pere de ne le pas abandonner. Il marque plusieurs circonstances de sa Passion. Il promet que lors qu'il sera ressuscité, il publiera sa gloire par toute la terre. Ce Pseaume est excellent pour un homme qui se trouve dans une grande affliction.

**D**Eus , Deus meus respice in me, quare me dereliquisti ? longè à salute mea verba delictorum meorum.

Deus meus clamabo per diem , & non exaudies : & nocte, & non ad insipientiam mihi.

Tu autem in sancto habitas : laus Israel.

In te speraverunt Patres nostri : speraverunt & liberaisti eos.

Ad te clamaverunt & salvi facti sunt : in te speraverunt & non sunt confusi.

Ego autem sum vermis & non homo : opprobrium hominum, & abjectio plebis.

Omnes videntes me deriserunt me : locuti sunt labiis , & moverunt caput.

Speravit in Domino , eripiat eum : saluum faciat eum , quoniam vult eum.

Quoniam tu es qui extraxisti me de ventre : spes mea ab uberibus matris meæ.

In te projectus sum ex utero ; de ventre matris meæ Deus meus es tu , ne discesseris à me.

Quoniam tribulatio proxima est : quoniam non est qui adjuvet.

Circumdederunt me vituli mei ; tauri pingues obsederunt me.

Aperuerunt super me os suum ; sicut leo rugiens & rugiens.

Sicut aqua effusus sum ; & dispersa sunt omnia ossa mea.

Factum est cor meum tanquam cera liquefcens ; in medio ventris mei.

Aruit tanquam testa virtus mea , & lingua mea adhæ sit faucibus meis ; & in pulverem mortis deduxisti me.

Quoniam circumdederunt me canes multi ; concilium malignatum obsedit me.

Foderunt manus meas & pedes meos ; dinumeraverunt omnia ossa mea.

Ipsi verò consideraverunt & inspexerunt me ; diviserunt sibi vestimenta mea , & super vestem meam miserunt sortem.

Tu autem Domine ne elongaveris auxilium tuum à me ; ad defensionem meam conspice.

Erue à framea Deus , animam meam ; & de manu canis unicam meam.

Salva me ex ore Leonis ; & à cornibus unicornium humilitatem meam.

Narrabo nomen tuum fratribus meis ; in medio Ecclesiæ laudabo te.

Qui timetis Dominum , laudate eum ; universum semen Jacob glorificate eum.

Timeat eum omne semen Israel ; quoniam non sprevit neque despexit deprecationem pauperis.

Nec avertit faciem suam à me ; & cum clamarem ad eum , exaudivit me.

Apud te laus mea in Ecclesia magna ; vota mea reddam in conspectu timentium eum.

Edent pauperes & saturabuntur , & laudabunt Dominum qui requirunt eum ; vivent corda eorum in sæculum sæculi.

Reminiscantur , & convertentur ad Dominum ; univesi fines terræ.

Et adorabunt in conspectu ejus ; universæ familiæ Gentium.

Quoniam Domini est regnum : & ipse dominabitur Gentium.

Manducaverunt & adoraverunt omnes pingues terræ : in conspectu ejus cadent omnes qui descendunt in terram.

Et anima mea illi vivat ; & semen meum serviet ipsi.

Annuntiabitur Domino generatio ventura : & annuntiabunt Cœli justitiam ejus , populo qui nascetur , quem fecit Dominus.

*Ant.* Diviserunt sibi vestimenta mea : & super vestem meam miserunt sortem.

*Ant.* Insurrexerunt in me testes iniqui : & mentita est iniquitas sibi.

Le Prophète  
une ame qui  
le secret de sa  
ses ennemis,  
dans lesquels

**D**ominum  
quem

Dominum  
trepidabo

Dum ap  
ut edant ca

Qui trib  
firmati fun

Si confi  
timebit cor

Si exurg  
hoc ego spe

Unam po  
ut inhabita

diebus vita

Ut videat  
fitem Temp

Quoniam  
suo : in die

condito Ta

In petra  
vit caput m

Circuivi  
ejus Hostia

psalmum d

Le Prophète marque ici dans quelle assurance est une ame quand Dieu la défend. Qu'il la met dans le secret de sa tente comme dans un azile contre tous ses ennemis. Il décrit ses sentimens de reconnoissance dans lesquels elle entre alors.

**D**ominus illuminatio mea & salus mea:  
quem timebo?

Dominus protector vitæ meæ : à quo  
trepidabo?

Dum appropriant super me nocentes :  
ut edant carnes meas.

Qui tribulant me inimici mei : ipsi in-  
firmati sunt, & ceciderunt.

Si consistant adversùm me castra : non  
timebit cor meum.

Si exurgat adversùm me prælium : in  
hoc ego sperabo.

Unam petii à Domino hanc requiram :  
ut inhabitem in domo Domini omnibus  
diebus vitæ meæ.

Ut videam voluptatem Domini : & vi-  
situm Templum ejus.

Quoniam abscondit me in Tabernaculo  
suo : in die malorum protexit me in abs-  
condito Tabernaculi sui.

In petra exaltavit me : & nunc exalta-  
vit caput meum super inimicos meos.

Circuivi & immolavi in Tabernaculo  
ejus Hostiam vociferationis : cantabo &  
psalmum dicam Domino.



Exaudi Domine vocem meam qua clamavi ad te : miserere mei & exaudi me.

Tibi dixit cor meum , exquisivit te facies mea : faciem tuam , Domine , requiram.

Ne avertas faciem tuam à me : ne declines in ira à seruo tuo.

Adjutor meus esto , ne derelinquas me : neque despicias me , Deus, salutaris meus.

Quoniam pater meus & mater mea dereliquerunt me : Dominus autem assumpsit me.

Legem pone mihi Domine in via tua : & dirige me in semitam rectam propter inimicos meos.

Ne tradideris me in animas tribulantium me : quoniam insurrexerunt in me testes iniqui , & mentita est iniquitas sibi.

Credo videre bona Domini : in terra viventium.

Expecta Dominum , viriliter age : & confortetur cor tuum , & sustine Dominum.

*Ant.* Insurrexerunt in me testes iniqui : & mentita est iniquitas sibi.

v. Diviserunt sibi vestimenta mea :

r. Et super vestem meam miserunt sortem.

*On dit Pater noster tout bas.*



P R E M  
Des.

**C**Og  
filia  
& non a  
luxitque  
dissipatu  
*Teth.*  
perdidit  
ejus & P  
lèx, & Pr  
nem à Do  
*Jod. S*  
senes filia  
pita sua :  
in terram  
*Capb. I*  
mei, cont  
est in ter  
filia popu  
& lectens  
Jerusal  
Dominum  
r. Om  
& prævalu  
me quem  
plagâ cruc  
me.  
v. Inte  
peperceru  
oculis , &

## H E T H.

**C**Ogitavit Dominus dissipare murum  
filiaë Sion : tetendit funiculum suum,  
& non avertit manum suam à perditione :  
luxitque ante murale, & murus pariter  
dissipatus est.

*Teth.* Defixæ sunt in terra portæ ejus :  
perdidit & contrivit vestes ejus : Regem  
ejus & Principes ejus in Gentibus. Non est  
lex, & Prophetæ ejus non invenerunt visio-  
nem à Domino.

*Jod.* Sederunt in terra ; conticuerunt  
senes filiaë Sion : consperferunt cinere ca-  
pita sua : accinti sunt ciliciis , abjecerunt  
in terram capita sua Virgines Jerusalem.

*Caph.* Defecerunt præ lacrimis oculi  
mei, conturbata sunt viscera mea. Effusum  
est in terra jecur meum super contritione  
filiaë populi mei, cum deficeret parvulus  
& lectens in plateis oppidi.

Jerusalem, Jerusalem, convertere ad  
Dominum Deum tuum.

*R.* Omnes amici mei dereliquerunt me  
& prævaluerunt insidiantes mihi. Tradidit  
me quem diligebam. Et terribilibus oculis,  
plagâ crudeli percutientes, aceto potabant  
me.

*v.* Inter iniquos projecerunt me, & non  
pepercerunt animæ meæ. Et terribilibus  
oculis, &c.

**M**Atribus suis dixerunt : Ubi est triticum & vinum, cum dificerent quasi vulnerati in plateis Civitatis, cum exhalarent animas suas in sinu matrum suarum.

*Mém.* Cui comparabo te, vel cui affimilabo te, Filia Jerusalem? Cui exequabo te, & consolabor te, Virgo Filia Sion? Magna est enim velut mare contritio tua. Quis medebitur tibi?

*Num.* Prophetæ tui viderunt tibi falsa & stulta, nec aperiebant iniquitatem tuam ut te ad pœnitentiam provocarent. Viderunt autem tibi assumptiones falsas & ejectiones.

*Samech.* Plauserunt super te manibus omnes transeuntes per viam: sibilaverunt & moverunt caput suum super filiam Jerusalem: Hæcine est Urbs, dicentes perfecti decoris, gaudium universæ terræ?

Jerusalem, Jerusalem, convertere ad Dominum Deum tuum.

*r.* Velum Templi scissum est, & omnis terra tremuit. Latro de Cruce clamabat, dicens: Memento mei, Domine, dum veneris in regnum tuum.

*v.* Petræ scissæ sunt, & monumenta aperta sunt, & multa corpora Sanctorum qui dormierunt, surrexerunt.

Et omnis terra, &c.

**E**Go v  
in vin

*Aleph.*

bras & non

*Aleph.*

tit manu s

*Beth.* V

mearum, co

*Beth.* A

dedit me f

*Beth.* In

mortuos se

*Ghimel.*

ut non e

meum.

*Ghimel.* S

ro, exclusi

*Ghimel.*

quadris: se

Jerusalem

Dominum

*r.* Vineæ

Quomodo

ut me cruci

*v.* Sepiv

ædificavi ter

amaritudine

rabam dimi

## III. L E Ç O N.

## A L E P H.

**E**Go vir videns paupertatem meam ,  
in virga indignationis.

*Aleph.* Me minavit & adduxit in tenebras & non in lucem.

*Aleph.* Tantum in me vertit , & convertit manu suam totâ die.

*Beth.* Vetustam fecit pellem & carnem meam , contrivit ossa mea.

*Beth.* Ædificavit in gyro meo , & circumdedit me felle & laboro.

*Beth.* In tenebrosis collocavit me , quasi mortuos sempiternos.

*Ghimel.* Circumædificavit adversum me , ut non egrediar : agravavit compedem meum.


*Ghimel.* Sed & cum clamavero & rogavero , exclusit orationem meam.

*Ghimel.* Conclusit vias meas lapidibus quadris : semitas meas subvertit.

Jerusalem , Jerusalem , convertere ad Dominum Deum tuum.

r. Vineam meam electam , ego te plantavi. Quomodo conversa es in amaritudinem , ut me crucifigeres & Barrabam dimitteres.

v. Sepivi te , & lapides elegi te , & ædificavi terram. Quomodo conversa es in amaritudinem , ut me crucifigeres & Barrabam dimitteres.



## A U I I . N O C T U R N E .

*Ant.* Vim faciebant qui quærebant animam meam.

## P S E A U M E 37.

Excellente description des playes que le péché cause dans l'ame. Que les bons sont abandonnés de leurs amis dans leurs afflictions. Qu'une ame pénitente doit prendre tous les maux de cette vie comme des moyens de satisfaire à Dieu, & s'y tenir toujours préparée.

**D**omine, ne in furore tuo arguas me : neque in ira tua corripias me.

Quoniam sagittæ tuæ infixæ sunt mihi : & confirmasti super me manum tuam.

Non est sanitas in carne mea à facie iræ tuæ : non est pax ossibus meis à facie peccatorum meorum.

Quoniam iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum : & sicut onus grave gravatæ sunt super me.

Putruerunt & corruptæ sunt cicatrices meæ : à facie insipientiæ meæ.

Miser factus sum, & curvatus sum usque in finem : totâ die contristatus ingrediebar.

Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus : & non est sanitas in carne mea.

Afflictus sum & humilitatus sum nimis : rugiebam à gemitu cordis mei.

Domine, ante te omne desiderium

meum : & conditus.

Cor meum virtus rum & ipsi

Amici me approp

Et qui runt ; & animam m

Et qui i sunt vanita bantur.

Ego aut bam : & sic

Et factu & non habe

Quonian exaudi me

Quia dix mihi inimic pedes mei,

Quonian & dolor me

Quonian bo : cogitab

Inimici au sunt super n oderunt me

Qui retrib bant mihi :

Ne derel meus : ne di

meum : & gemitus meus à te non est absconditus.

Cor meum conturbatum est , dereliquit me virtus mea : & lumen oculorum meorum & ipsum non est mecum.

Amici mei & proximi mei : adversum me appropinquerunt & steterunt.

Et qui juxtà me erant , de longè steterunt ; & vim faciebant qui quærebant animam meam.

Et qui inquirebant mala mihi , locuti sunt vanitates : & dolos totâ die meditantur.

Ego autem tanquam surdus non audiebam : & sicut mutus non aperiens os suum.

Et factus sum sicut homo non audiens : & non habens in ore suo redargutiones.

Quoniam in te Domine speravi : tu exaudi me Domine Deus meus.

Quia dixi : Nequando super gaudeant mihi inimici mei : & dum commovebitur pedes mei , super me magna locuti sunt.

Quoniam ego in flagella paratus sum : & dolor meus in conspectu meo semper.

Quoniam iniquitatem meam annuntia- bo : cogitabo pro peccato.

Inimici autem mei vivunt , & confirmati sunt super me : & multiplicati sunt qui oderunt me iniquè.

Qui retribuunt mala pro nobis detrahebant mihi : quoniam sequebar bonitatem.

Ne derelinquas me , Domine Deus meus : ne discesseris à me.

Intende in adiutorium meum : Domine  
Deus salutis meæ.

*Ant.* Vim faciebant qui quærebant ani-  
mam meam.

*Ant.* Confundantur & reveantur qui  
quærunť animam meam ut auferant eam.

## P S E A U M B 39.

Excellente action de graces pour une ame que  
Dieu a délivrée de ses péchés. Elle prie Dieu d'a-  
chever de la secourir dans une infinité de maux qui  
l'entourent. Que l'obéissance est préférable au  
sacrifice. Ce Pseaume convient clairement à Jesus-  
Christ.

**E**Xpectans expectavi Dominum : &  
intendit mihi.

Et exaudivit preces meas : & eduxit me  
de lacu miseriæ & de luto facis.

Et statuit supra petram pedes meos : &  
direxit gressus meos.

Et immisit in os meum canticum no-  
vum : carnem Deo nostro.

Videbunt multi , & timebunt : & spera-  
bunt in Domino.

Beatus vir cujus est Nomen Domini spes  
ejus : & non respexit in vanitates & insa-  
nias falsas.

Multa fecisti tu , Domine Deus meus,  
mirabilia tua : & cogitationibus tuis non  
est qui similis sit tibi.

Annuntiavi & locutus sum ; multipli-  
cati sunt super numerum.

Sacrificium & oblationem noluisti : au-  
res autem perfecisti mihi.

Holocaustum

Holoca-

lasti : tur

In capi

facerem

volui , &

Annuti

magna :

Domine ,

Justitiam

meo : ver

dixi.

Non ab

veritatem

Tu aute

miseration

& veritas t

Quonia

quorum n

derunt me

ut viderem

Multipli

mei : & co

Compla

Domine ad

Confund

quærant an

Convert

qui volunt

Ferant co

dicunt mihi

Exultent

quærentes

Holocaustum & pro peccato non postu-  
lasti: tunc dixi: ecce venio.

In capite libri scriptum est de me, ut  
facerem voluntatem tuam: Deus meus  
volui, & legem tuam in medio cordis mei.

Annuntiavi justitiam tuam in Ecclesia  
magna: ecce labia mea non prohibebo,  
Domine, tu scisti.

Justitiam tuam non abscondi in corde  
meo: veritatem tuam & salutare tuum  
dixi.

Non abscondi misericordiam tuam &  
veritatem tuam; à concilio multo.

Tu autem, Domine, ne longè facias  
miserationes tuas à me: misericordia tua  
& veritas tua semper susceperunt me.

Quoniam circumdederunt me mala,  
quorum non est numerus: comprehen-  
derunt me iniquitates meæ, & non potui  
ut viderem.

Multiplicatæ sunt super capillos capitis  
mei: & cor meum deriliquit me.

Complaceat tibi, Domine ut eruas me:  
Domine ad adjuvandum me respice.

Confundantur & reveantur simul qui  
quærant animam meam; ut auferant eam.

Convertantur retrorsum & reversantur:  
qui volunt mihi mala.

Ferant confestim confusionem suam: qui  
dicunt mihi, euge, euge.

Exultent & lætentur super te omnes  
quærentes te: & dicant semper magni-



ficetur Dominus, qui diligunt salutare tuum.

Ego autem mendicus sum, & pauper: Dominus sollicitus est mei.

Adjutor meus, & protector meus tu es: Deus meus ne tardaveris.

*Ant.* Confundantur & reveantur qui quæerunt animam meam ut auferant eam.

*Ant.* Alieni insurrexerunt in me: & fortes quæsierunt animam meam.

P S E A U M E 53.

Une ame affligée de ses ennemis prie Dieu de l'en délivrer, & promet qu'ensuite elle lui offrira avec joye des sacrifices de louanges & d'actions de graces.

**D**EUS in nomine tuo saluum me fac: & in virtute tua judica me.

Deus exaudi orationem meam: auribus percipe verba oris mei.

Quoniam alieni insurrexerunt adversum me, & fortes quæsierunt animam meam: & non proposuerunt Deum ante conspectum suum.

Ecce enim Deus adjuvat me: & Dominus susceptor est animæ meæ.

Averte mala inimicis meis: & in veritate tua disperde illos.

Voluntariè sacrificabo tibi: & confitebor nomini tuo, Domine, quoniam bonum est.

Quoniam ex omni tribulatione eripuisti me: & super inimicos meos despexit oculus meus.

*Ex Tr*

**P**Rot  
ligna  
iniquitat  
intueamu  
sed nihil  
tyrum:  
perti sur  
magligna  
tegente c  
minem qu  
nis est, &  
formam  
formam  
animam  
potuerun  
pus, anir  
Parum er  
tyres verb  
R. Tan  
gladiis &  
Quotidiè  
& non m  
ducitis ad  
v. Cùm  
& tenuisse  
apud, &c

## IV. L E Ç O N.

*Ex Tractatu sancti Augustini Episcopi super  
Psalms.*

**P**rotexisti me Deus, à conventu malignantium, à multitudine operantium iniquitatem. Jam ipsum caput nostrum intueamur: Multi Martyres talia passi sunt, sed nihil sic elucet, quomodo Caput Martyrum: ibi melius intuentur quod illi experti sunt. Protectus est à multitudine malignantium, protegente se Deo, protegente carnem suam, ipso Filio, & hominem quem gerebat, quia Filius Hominis est, & Filius Dei est: Filius Dei, propter formam Dei: Filius Hominis, propter formam servi, habens potestatem ponere animam non occiderunt corpus. Quid ei potuerunt facere inimici? Occiderunt corpus, animam non occiderunt. Intendite. Parùm ergo erat Dominum hortari Martyres verbo, nisi firmaret exemplo.

R. Tanquam ad latronum existiis cum gladiis & fustibus comprehendere me. Quotidiè apud vos eram in Templo docens, & non me tenuisti: & ecce flagellatum ducitis ad crucifigendum.

v. Cùmque iniecissent manus in Jesum, & tenuissent eum, dixit ad eos: Quotidiè apud, &c.

**N**Ostis qui conventus erat malignantium phariseorum, & quæ multitudo erat operantium iniquitatem? Quam iniquitatem? Quia voluerunt occidere Dominum Jesum Christum. Tanta opera bona, inquit, ostendi vobis: propter quod horum me vultis occidere? Pertulit omnes infirmos eorum; curavit omnes languidos eorum: prædicavit regnum Cælorum; non tacuit vitia eorum, ut ipsa potius eis displicerent, non Medicus à quo sanabantur. His omnibus curationibus ejus ingrati, tanquam multà febre phrenetici, insanientes in Medicum qui venerat curare eos, excogitaverunt consilium perdendi eum: tanquam ibi volentes probare, utrum verè homo sit qui mori possit: an aliquid super homines sit, & mori se non permittat. Verbum ipsorum agnoscimus in Sapientia Salomonis. Morte turpissimâ, iniquiunt, condemnemus eum: interrogemus eum: erit enim respectus in sermonibus illius. Si enim verè Filius Dei est, liberet eum.

**r.** Tenebræ factæ sunt dum crucifixissent Jesum Judæi: & circa horam nonam, exclamavit Jesus voce magnâ: Deus me quid me dereliquisti? Et inclinato capite, emisit spiritum.

**v.** Exclamans Jesus voce magnâ, ait:

**D**  
Pater in  
meum.  
tum.

**E**Xa  
suas  
cidimus  
dederunt  
ejus vic  
dixisset  
responde  
quemqua  
Judicem  
Sed nun  
Quod fe  
aliquant  
tione ill  
Institit  
eorum m  
flagellat  
quando  
furori fa  
mitescere  
cùm flag  
ubi perse  
manus, &  
mundum  
Sed si rev  
nocentes  
modo. S  
jussit eun  
Et vos,

Pater in manus tuas commendo spiritum meum. Et inclinato capite, emisit spiritum.


## VI. LEÇON.

**O**Mnipotens sempiterne Deus, cujus iudicio universa fundantur; respice propitius ad preces nostras, & electum nobis Antistitem, tua pietate conserva; ut Christiana plebs, quae te gubernatur auctore, sub tanto Pontifice credulitatis suae meritis augeatur. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, &c.

R. Amen.

X

**O** Remus, & pro omnibus Episcopis, Presbyteris, Diaconibus, Subdiaconibus, Acolytis, Exorcistis, Lectoribus, Ostiariis, Confessoribus, Virginitibus, Viduis, & pro omni populo sancto Dei.

*Oremus.*

Flectamus genua.

R. Levate.

**O** Mnipotens sempiterne Deus, cujus Spiritu totum corpus Ecclesie sanctificatur & regitur; exaudi nos pro universis Ordinibus supplicantes; ut gratiae tuae munere ab omnibus tibi gradibus fideliter serviantur. Per Dominum, &c.

R. Amen.

**O** Remus, & pro Christianissimo Rege nostro N. ut Deus & Dominus noster, subditas illi faciat omnes barbaras Nationes ad nostram perpetuam pacem.

*Oremus.*

Flectamus genua.

R. Levate.

**O** Mnipotens sempiterne Deus, in cujus manu sunt omnium potestates & omnium jura Regnorum: respice ad Christianum benignus imperium, ut Gentes quae in sua feritate confidunt, potentiae tuae dexteram comprimantur. Per Dominum, &c. R. Amen.

**O** Re  
ut  
aures  
miseri  
tionis  
torum  
Domi

Flec

R. I

**O** M  
cle  
cundas  
cumen  
adopti  
minum

**O** Re  
tre  
dum p  
famem  
dissolv  
mantib  
salutis

Flec

R. I

**O** M  
ru  
perven  
tribula

**O**remus, & pro Cathecumenis nostris ;  
ut Deus & Dominus noster adaperiat  
aures præcordium ipsorum , januaque  
misericordiæ ; ut per lavacrum regenera-  
tionis acceptâ remissione omnium pecca-  
torum & , ipsi inveniantur in Christo Jesu  
Domino nostro.

*Oremus.*

Flectamus genua.

R. Levate.

**O**Mnipotens sempiterne Deus , qui Ec-  
clesiam tuam novâ semper prole fœ-  
cundas : auge fidem & intellectum Cathæ-  
cumenis nostris, ut renati fonte baptismatis,  
adoptionis tuæ filiis aggregentur. Per Do-  
minum nostrum , &c. R. Amen.

**O**remus , dilectissimi nobis , Deum Pa-  
trem omnipotentem , ut cunctis mun-  
dum purget erroribus ; morbos auferat ,  
famem depellat ; aperiât carceres ; vincula  
dissolvat ; peregrinantibus reditum , infir-  
mantibus sanitatem , navigantibus portum  
salutis indulgeat.

*Oremus.*

Flectamus genua.

R. Levate.

**O**Mnipotens sempiterne Deus , mœsto-  
rum consolatio, laborantium fortitudo ;  
perveniant ad te perces de quacumque  
tribulatione clamantium : ut omnes sibi in

necessitatibus suis misericordiam tuam gaudeant adfuisse. Per Dominum nostrum, &c.

R. Amen.

**O** Remus, pro Hæreticis & Schismaticis; ut Deus & Dominus noster eruat eos ab erroribus universis: & ad sanctam Matrem Ecclesiam Catholicam atque Apostolicam revocare dignetur.

*Oremus.*

Flectamus genua.

R. Levate.

**O**mnipotens sempiterne Deus, qui salvas omnes, & neminem vis perire: respice ad animas Diabolicè fraude deceptas: ut omni hæreticâ pravitate depositâ, errantium corda resipiscant, & ad veritatis tuæ redeant unitatem. Per Dominum nostrum Jesum Christum, &c.

R. Amen.

**O** Remus, & pro perfidis Judæis: ut Deus & Dominus noster auferat velamen de cordibus eorum, ut & ipsi agnoscant Jesum Christum Dominum nostrum.

*On ne répond point Amen. Mais on dit incontinent.*

**O**mnipotens sempiterne Deus, qui etiam Judaicam perfidiam à tua misericordia non repellis; exaudi preces nostras, quas pro illius obcæcatione deferimus, ut agnitâ veritatis tuæ luce, quæ

Christus  
eundem

R. Am

**O** Rem  
omni  
bus eoru  
tantur ad  
cum Filii  
Dominu

Fle

R. Lev

**O** Mnip  
mort  
per iniqui  
nostram  
tura, &  
laudem &  
minum n

R. Am

Les Ora  
suble, s'ava  
la Croix qu  
étant tourn  
d'en haut,  
ce lignum C  
à chanter ju  
chanté Ven  
brant.

Ce premi  
nous repré  
en le frappa  
est pas m  
taot en le

Christus est, à suis tenebris eruantur. Per eundem Dominum nostrum, &c.

R. Amen.

**O** Remus, & pro Paganis, ut Deus omnipotens auferat iniquitates à cordibus eorum: ut relictis idolis suis, convertantur ad Deum vivum & verum, & unicum Filium ejus Jesum Christum Deum & Dominum nostrum.

*Oremus.*

Flectamus genua.

R. Levate.

**O**mnipotens sempiterne Deus, qui non mortem peccatorum, sed vitam semper inquiris: suscipe propitius orationem nostram: & libera eos ab idolorum cultura, & aggrega Ecclesiæ tuæ sanctæ ad laudem & gloriam Nominis tui. Per Dominum nostrum, &c.

R. Amen.

Les Oraisons finies, le Prêtre ayant quitté la Chasuble, s'avance devers le côté de l'Épître, & prend la Croix que les Ministres lui ont appretée, laquelle étant tournée devers le peuple, il découvre un peu d'en haut, commençant tout seul l'Antienne: *Ecce lignum Crucis*. D'ici en avant les Ministres aident à chanter jusqu'à *Venite adoremus*. Le chœur ayant chanté *Venite*: tous se prosternent excepté le Celebrant.

Ce premier découvremet d'une partie de la Croix, nous représente les Juifs qui lui couvrirent la face en le frappant. Pour cela la face du Crucifix ne nous est pas maintenant montrée, que nous adorons pourtant en le béneissant.



Ensuite il découvre un peu plus la Croix, & l'élevant plus haut, il commence : *Ecce lignum Crucis* : Les autres chantans, & adorans la Croix comme dessus. Puis le Prêtre s'avance vers le milieu de l'Autel & découvrant tout-à-fait la Croix, & l'élevant encore plus haut, il commence pour la troisième fois : *Ecce lignum Crucis*, les autres chantans & adorans comme dessus. *Ecce lignum Crucis, in quo salus mundi pependit*. Le chœur répond : *Venite adoremus*. Par après le Prêtre pose la Croix à un lieu préparé devant l'Autel. Puis il se déchauffe & s'approche pour adorer la Croix, flechissant les genoux trois fois avant qu'il la baise. Cela fait, il s'en retourne, prenant sa chauffeure & sa Chasuble. Après lui les Ministres de l'Autel, puis les autres ayant, comme il est dit, trois fois flechis les genoux adorent la Croix. Pendant cette adoration on chante les reproches suivantes, ou toutes ou en partie, selon que le nombre des adorateurs le requiert, en cette façon. Deux chantres au milieu du Chœur chantent les versets suivans.

**P**Opule meus, quid feci tibi, aut in quo contristavi te? Responde mihi?

v. Quia eduxi te de Terra Ægypti, parasti Crucem Salvatori tuo?

*Un chœur chante* : Agios ô Theos.

*L'autre Chœur répond* : Sanctus Deus.

*Premier Chœur* : Agios Ischiros.

*Second chœur* : Sanctus fortis.

*Premier Chœur* : Agios Athanatos eleison imas.

*Second chœur* : Sanctus immortalis, miserere nobis.

*Deux du second Chœur.*

v. Quia duxi te per desertum quadraginta annis, & mannâ cibavi te, & intro-

duxi te in  
eem Sal

Les  
Agios,

v. Qu  
feci? E  
meam s  
nimis an  
potasti,  
tori tuo.

Les Cho  
Agios, & 7

Les Ver  
tres; l'un  
chaque Ve  
te de terra

v. Eg  
cum Pri  
latum tra

*Le chœ*

v. Eg  
Pharaone  
tradidisti

*Le chœ*

v. Eg  
ruisti lan

*Le chœ*

v. Eg  
& tu me

*Le chœ*

v. Eg  
tu me ce

duxi te in terram satis bonam, parasti Crucem Salvatori tuo.

*Les Chœurs répondent alternativement :*  
Agius, ô Theos, &c. Sanctus Deus, &c.

v. Quid ultrà debui facere tibi & non fèci ? Ego quidem plantavi te vineam meam speciosissimam : & tu facta es mihi nimis amara : aceto namque sitim meam potasti, & lancea perforasti latus Salvatori tuo.

*Les Chœurs répondent encore alternativement :*  
Agius, ô Theos, Sanctus Deus, &c.

*Les Versets suivans se chantent par deux Chantres ; l'un & l'autre Chœur redisent ensemble après chaque Verset : Popule meus, jusque à Quia eduxi te de terra Ægypti.*

v. Ego propter te flagellavi Ægyptum cum Primogenitis suis : & tu me flagellatum tradidisti.

*Le chœur. Popule meus, &c.*

v. Ego eduxi te de Ægypto, demerso Pharaone in Mare Rubrum, & tu me tradidisti Principibus Sacerdotum.

*Le chœur. Popule meus, &c.*

v. Ego ante aperui Mare : & tu aperuisti lancea latus meum.

*Le chœur. Popule meus, &c.*

v. Ego ante te præivi in columna nubis : & tu me duxisti ad Prætorium Pilati.

*Le chœur. Popule meus, &c.*

v. Ego te pavi manna per desertum : & tu me cecidisti a lapis & flagellis.

*Le chœur.* Popule meus, &c.

v. Ego te potavi aquâ salutis de petra :  
& tu me potasti felle & aceto.

*Le chœur.* Popule meus, &c.

v. Ego propter te Chananæorum Reges  
percussi ; & tu percussisti arundine caput  
meum.

*Le chœur.* Popule meus, &c.

v. Ego dedi tibi Sceptrum Regale : &  
tu dedisti capiti meo spineam coronam.

*Le chœur.* Popule meus, &c.

v. Ego te exaltavi magnâ virtute : &  
tu me suspendisti in patibulo Crucis.

*Le chœur.* Popule meus, &c.

*Ant.* Crucem tuam adoramus, Domine,  
& sanctam Resurrectionem tuam lauda-  
mus, & glorificamus. Ecce enim propter  
lignum venit gaudium in universo mundo.

*Psal.* Deus misereatur nostri, & benedi-  
cat nobis : illuminet vultum suum super  
nos, misereatur nostri.

*Ant.* Crucem tuam adoramus, &c.

*Après on chante le Verset suivant.*

CruX fidelis inter omnes,

Arbor una nobilis,

Nulla sylva talem profert,

Fronde, flore, germine.

Dulce lignum, dulce clavos,

Dulce pondus sustinet.

On chante l'Hymne suivante, repetant après cha-  
que strophe alternativement, *CruX fidelis, & Dul-  
ce lignum.*

P Ange  
Præliu

Et sup

Dic tri

Qualite

Immola

*Le C*

De par

Fraude

Quand

Morsu

Ipse lig

Damna

*L*

Hoc op

Ordo d

Multifo

Ars ut a

Et med

Hostis u

*I*

Quand

Plenitu

Missus

Natus,

Atque v

Caro fa

*Le*

Vagit in

Conditu

## H Y M N E.

**P**ange lingua gloriosi,  
 Prælium certaminis,  
 Et super Crucis trophæum,  
 Dic triumphum nobilem.  
 Qualiter redemptor orbis,  
 Immolatus vicerit.

*Le Chœur. Crux fidelis, jusqu'à Dulce.*

De parentis protoplasti,  
 Fraude fractor condolens,  
 Quando pomi noxialis,  
 Morsu in mortem corrui:  
 Ipse lignum tunc notavit,  
 Damna ligni ut solveret.

*Le chœur. Dulce lignum, &c.*

Hoc opus nostræ salutis,  
 Ordo depoposcerat,  
 Multiformis proditoris,  
 Ars ut artem falleret,  
 Et medelam ferret indè,  
 Hostis undè læserat.

*Le Chœur. Crux fidelis, &c.*

Quando venit ergo sacri,  
 Plenitudo temporis,  
 Missus est ab arce Patris,  
 Natus, orbis conditor;  
 Atque ventre virginali,  
 Caro factus prodiit.

*Le Chœur. Dulce lignum, &c.*

Vagit infans inter arcta,  
 Conditus præsepia:

Membra pannis involuta ,  
 Virgo Mater a ligat.  
 Et manus , pedesque & crura ,  
 Stricta cingit fascia.

*Le Chœur. Crux fidelis , &c.*

Lustris sex qui jam peractis ,  
 Tempus implens corporis ,  
 Se volente , natus ad hoc ,  
 Passioni deditus.  
 Agnus in Crucis levatur ,  
 Immolandus stipit.

*Le Chœur. Dulce lignum &c.*

Hic acetum , fel , arundo ,  
 Sputa , clavi , lancea ,  
 Mite corpus perforatur.  
 Sanguis , unda profluit ,  
 Terra , pontus , astra , mundus ,  
 Quo lavantur flumine.

*Le Chœur. Crux fidelis , &c.*

Flecte ramos , Arbor alta ,  
 Tensa laxa viscera :  
 Et rigor lentescat ille ,  
 Quem dedit nativitas.  
 Ut superni membra Regis ,  
 Miti tendas stipite.

*Le Chœur. Dulce lignum , &c.*

Sola digna tu fuisti ,  
 Ferre sæcli prætium ,  
 Atque portum præparare ,  
 Nauta mundo naufrago :  
 Quem sacer cruor perunxit ,

Fusus

Glori

Usqu

Una l

Inclyt

Cui l

Per æ

Amen

Sur la f  
 des chand  
 Bourse des  
 L'adoratio  
 & la porte  
 pour aller  
 avoit été p  
 au milieu  
 allumées ,  
 Célébrant  
 au lieu où  
 chissant le  
 dant le D  
 ment avoi  
 dans deux  
 de l'encer  
 ment. Ap  
 Calice av  
 mains du  
 Voile. Pu  
 ordre qu'  
 Sacremen  
 ment. Ce  
*prodeunt*  
 Rameaux  
 Le Prè  
 Sacremen

Fusus agni corpore.

*Le Chœur.* Crux fidelis , &c.

Gloria & honor Deo ,  
 Usquequaque Altissimo ,  
 Una Patri Filioque ,  
 Inclyto Paraclyto ,  
 Cui laus est potestas ,  
 Per æterna sæcula.  
 Amen.

*Le Chœur.* Dulce lignum , &c.

Sur la fin de l'adoration de la Croix , on allume des chandelles sur l'Autel ; & le Diacre prenant la Bourse des Corporaux , les étend à l'accoutumée. L'adoration finie , il prend avec révérence la Croix , & la porte à l'Autel ; puis on dispose la Proceſſion pour aller au Monument , où le Saint Sacrement avoit été poſé le jour précédent. Le Porte-Croix , au milieu de deux Acolytes portant des chandelles allumées , va devant. Le Clergé ſuit par ordre , le Célébrant derrière avec les Miniſtres. Etant arrivés au lieu où le Saint Sacrement reſe , le Prêtre fléchiffant les genoux , prie un peu de tems. Cependant le Diacre ouvre le Ciboire où le Saint Sacrement avoit été mis. Puis le Prêtre met de l'encens dans deux encensoirs , le Diacre lui offrant la Navete de l'encens , & à genoux il encenſe le Saint Sacrement. Après , le Diacre tirant du Tabernacle le Calice avec le Saint Sacrement , il le met entre les mains du Prêtre , & le couvre des extrémités du Voile. Puis la Proceſſion s'en retourne en même ordre qu'auparavant. On porte le Poile sur le Saint Sacrement , que deux Acolytes encenſent continuellement. Cependant on chante l'Hymne *Vexilla Regis prodeunt* , &c. comme à Vêpres du Dimanche des Rameaux , page 63.

Le Prêtre arrivé à l'Autel , y ayant reſe le Saint Sacrement , il me l'Hostie sur la Patene que le Diacre

tient, & la reprenant des mains du Diacre, il pose l'Hostie sur les Corporaux sans riens dire. Le Diacre met cependant du vin au Calice, & le Sou-Diacre de l'eau. Puis le Célébrant met de l'encens dans l'encensoir, & encense tout ce qui est sur l'Autel, disant.

**I**N censum istud à te benedictum, ascendat ad te Domine: & descendat super nos misericordia tua.

*Il dit, encensant l'Autel.*

**D**irigatur, Domine oratio mea, sicut incensum in conspectu tuo: Elevatio manuum mearum sacrificium vespertinum. Pone Domine custodiam ori meo, & ostium circumstantiæ labiis meis: ut non declinet cor meum in verba malitiæ, ad excusandas excusationes in peccatis.

*Il rend l'encensoir au Diacre.*

**A**scendat in nobis, Domine, ignem sui amoris, & flammam æternæ chafitatis.

R. Amen.

Il lave ses doigts au côté de l'Épître, & étant revenu au milieu de l'Autel, il le baise, & dit.

**I**n spiritu humilitatis, & in animo contrito suscipiamur à te Domine: & sic fiat sacrificium nostrum in conspectu tuo hodiè, ut placeat tibi Domine Deus.

*Puis se tournat vers le Peuple, il dit.*

**O**Rate Fratres, ut meum ac vestrum sacrificium acceptabile fiat apud Deum Patrem omnipotentem. Le

Le Prêtre sert de la coigneur confa & s'être mis même pour l'offrir pour vin y est étant représenté sang d'un soit en la fin un extrême pour cet effet spirituellement

**O**Remus & divinus dicere sanctificet Regnum in Cælo & tidianam debita nobis bitoribus tationem.

R. Sed  
Le célébrant

**L**iber omnia & fuis gloriosa serria, cum Paulo, & tis, da pro

Le Prêtre ne consacre point aujourd'hui, mais se sert de la consécration de hier, parce que Notre-Seigneur consacra le jour auparavant que de souffrir, & s'être mis dans le sépulchre, & s'offrit aussi lui-même pour nous au Pere, & le Prêtre le représentant, l'offre pour nous aussi-bien que pour lui: Que si le vin n'y est pas consacré, c'est que Jesus-Christ étant représenté mort, on ne pouvoit pas tirer du sang d'un tel corps, quoique par concomitance il soit en la sainte Hostie, mais parce que nous avons un extrême besoin de lui & de ses grâces. Le Prêtre pour cet effet le recevra sacramentellement & non spirituellement.

*Ensuite laissant le reste, il dit.*

**O** Remus, præceptis salutaribus moniti, & divina institutione formati, audeamus dicere: Pater noster qui es in Cœlis; sanctificetur Nomen tuum: Adveniat Regnum tuum: Fiat voluntas tua, sicut in Cœlo & in terra. Pacem nostrum quotidianam da nobis hodie: Et dimette nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris: Et ne nos inducas in tentationem.

*r. Sed libera nos à malo.*

*Le célébrant ayant dit tout bas Amen, chante*

**L**ibera nos, quæsumus Domine, ab omnibus malis, præteritis, presentibus & futuris; & intercedente beatâ & gloriosâ semper Virgine Dei genetrice Mariâ, cum beatis Apostolis tuis, Petro & Paulo, atque Andree, & omnibus Sanctis, da propitiùs pacem in diebus nostris.



254 POUR LE VENDREDI

ut ope misericordiae tuae adjuti, & à peccato sumus semper liberi, & ab omni perturbatione securi. Per eundem Dominum nostrum, &c.

R. Amen.

Le Prêtre ayant fait trois révérences, prend le Saint Sacrement, & l'éleve en façon que le Peuple le puisse voir, & incontinent il le divise en trois parties, la plus petite desquelles il met dans le Calice, sans dire *Pax Domini*, ni *Agnus Dei*, ni même le baiser de paix ne se donne pas aujourd'hui. On dira seulement l'Oraison suivante.

**P**receptio Corporis tui, Domine Jesu Christe, quod ego indignus sumere praesumo, non mihi proveniat in judicium & condemnationem: seu pro tua pietate profit mihi ad tutamentum mentis & corporis, & ad medelam percipiendam. Qui vivis & regnas cum Deo Patre, in unitate Spiritus sancti Deus: Per omnia secula seculorum.

*Il prend l'Hostie, en disant.*

**P**anem coelestem accipiam, & Nomen Domini invocabo.

*Il dit trois fois en se frappant la poitrine.*

**D**omine, non sum dignus ut intres sub tectum meum, sed tantum dic verbo, & sanabitur anima mea.

*Puis faisant le signe de la Croix avec la sainte Hostie, il dit.*

**C**orpus Domini nostri Jesu Christi, custodiat animum meum in vitam aeternam. Amen.

Alors i  
méditation  
blusion d  
tel, il di

**Q**UOC  
mer  
porali fia

On ne  
nion, ni  
diction;  
Prêtre s'ex  
pres & on

A VÉpr  
jour précé

Ant. C

Consum  
sit spiritu

*Magnif  
l'Antienne  
Verfet.*

v. Ch

Pater. n  
comme an  
folio 121.

A Con

v. Ch

XXXX

L' C

D U V

Ant. I  
requiesca

Alors il communie, & demeure quelque peu en méditation; puis à l'accoutumée, ayant fait l'ablution des doigts, étant debout au milieu de l'Autel, il dit.

**Q**uod ore sumpsimus, Domine, pūramente capiamus; & de munere temporali fiat nobis remedium sempiternum.

On ne dit point *Corpus tuum*, ni la Postcommunion, ni le *Placeat*, & on ne donne point la bénédiction; mais ayant fait la révérence à l'Autel, le Prêtre s'en retourne avec les Ministres. On dit Vêpres & on découvre les Autels.

A Vêpres on dit les Antiennes & les Pseaumes du jour précédent sans chant, jusqu'au *Magnificat*.

*Ant.* Cū accepisset acetum, dixit: Consummatum est; & inclino capite, emisit spiritum.


*Magnificat anima mea, &c. folio 64.* On répète l'Antienne *Cū accepisset*, après laquelle on dit le Verset.

v. Christus factus est pro nobis, &c.

*Pater noster tout bas. Pseaume Miserere mei, comme au feuillet 149. Et l'Oraison Respice, &c. folio 121.*

*A Complies comme au Jeudi Saint, page 66.*

v. Christus factus est pro nobis, &c.



L'OFFICE DU SOIR  
DU VENDREDI SAINT,

Pour le Samedi à Matines.

*Au premier Nocturne.*

*Ant.* In pace in idipsum, dormiam, & requiescam.

*Pſeume 4. Cùm invocarem, &c. comme ci-devant, page 66.*

*Ant.* Habitabit in Tabernaculo tuo, requiescet in monte ſancto tuo.

## P S E A U M E 14.

Qu'il n'y a que ceux dont la vie eſt pure & les actions innocentes, qui jouiront du bonheur du Ciel.

**D**omine, quis habitabit in Tabernaculo tuo? aut quis requiescet in monte ſancto tuo.

Qui ingreditur ſine macula: & operatur juſtitiam.

Qui loquitur veritatem in corde ſuo: qui non egit dolum in lingua ſua.

Nec fecit proximo ſuo malum; opprobrium non accepit adverſus proximos ſuos.

Ad nihilum deductus eſt in conſpectu ejus malignus: timentes autem Dominum glorificat.

Qui jurat proximo ſuo, & non decipit: qui pecuniam ſuam non dedit ad uſuram, & munera ſemper innocentem non accepit.

Qui facit hæc, non movebitur in æternum.

*Ant.* Habitabit in Tabernaculo tuo, requiescet in monte ſancto tuo.

*Ant.* Caro mea requiescet in ſpe.

## P S E A U M E 15.

Excellent priere d'une ame qui conjure Dieu de la préſerver des méchans, parce qu'elle la pris pour ſon partage, & qu'elle trouve tout ſon bonheur dans cette vie, à vivre toujours en ſa préſence. De la réſurrection de la chair & de la félicité du Ciel.

D  
C On  
ſpe  
meus eſt  
non ege  
Sanct  
vit omn  
Multi  
poſt ea  
Non c  
ſanguini  
eorum p  
Domini  
licis mei  
meam m  
Funes  
nim hæ  
Bened  
hi intelle  
increpue  
Provid  
meo ſem  
ne comm  
Propte  
exultavit  
requieſce  
Quoni  
in infern  
dere corr  
Notas  
bis me la  
nes in de  
*Ant.* C

**C**onserva me, Domine, quoniam  
 speravi in te: dixi Domino; Deus  
 meus est tu, quoniam bonorum meorum  
 non eges.

Sanctis qui sunt in terra ejus, mirifica-  
 vit omnes voluntates in eis.

Multiplicatæ sunt infirmitates eorum:  
 post ea acceleraverunt.

Non congregabo convincticula eorum de  
 sanguinibus: nec memor ero nominum  
 eorum per labia mea.

Dominus pars hæreditatis meæ, & ca-  
 licis mei: tu es qui restitues hæreditatem  
 meam mihi.

Funes ceciderunt mihi in præclaris: ete-  
 nim hæreditas mea præclara est mihi.

Benedicam Dominum, qui tribuit mi-  
 hi intellectum: insuper & usque ad noctem  
 increpuerunt me renes mei.

Providebam Dominum in conspectu  
 meo semper: quoniam à dextris est mihi,  
 ne commovear.

Propter hoc lætatum est cor meum, &  
 exultavit lingua mea: insuper & caro mea  
 requiescet in spe.

Quoniam non delinques animam meam  
 in inferno: nec dabis Sanctum tuum vi-  
 dere corruptionem.

Notas mihi fecisti vias vitæ: adimple-  
 bis me lætitiâ cum vultu tuo; delectatio-  
 nes in dextera tua usque in finem.

*Ant.* Caro mea requiescet in pace.

v. In pace in idipsum.

r. Dormiam &amp; requiescam.

Pater noster, tout bas.

## P R E M I E R E   L E Ç O N   C H A P.   I I I.

## H E T H.

*De Lamentatione Jeremie Prophetæ.*

**M**isericordiæ Domini, quia non sumus consumpti: quia non defecerunt: miserationes ejus.

*Heth.* Novi diluculo: multa est fides tua.

*Heth.* Pars mea Dominus, dixit anima mea: propterea expectabo eum.

*Teth.* Bonus est Dominus sperantibus in eum: animæ quærenti illum.

*Teth.* Bonum est præstolari cum silentio salutare Dei.

*Teth.* Bonum est viro: cum portaverit jugum ab adolescentia sua.

*Jod.* Sedebit solitarius, & tacebit: quia levavit super se.

*Jod.* Ponet in pulvere os suum, si fortè sit spes.

*Jod.* Dabit percutienti se maxillam, faturabitur opprobriis.

Jerusalem, Jerusalem, convertere ad Dominum Deum tuum.

r. Sicut ovis ad occisionem ductus est, & dum malè tractaretur, non aperuit os suum: traditus est ad mortem, ut vivificaret populum suum.

v.  
& in  
ficaret

**Q**U  
tus  
pides  
rum.

*Beth.*  
primo;  
test ea,

*Ghim.*  
mam,  
puli me

*Daleth.*  
latum e  
nem, &

*He.* C  
terierunt  
ceis, am

*Vau.* I  
populi n  
subversa

in ea man  
Jerusal  
Dominum

r. Jer  
jucundati  
in te occis

v. Ded

v. Tradidit in mortem animam suam; & inter sceleratos reputatus est. Ut vivificaret populum suum.

H. O L E Q O N.

A L E P H.

**Q**uomodo obscuratum est aurum mutatus est color optimus; dispersi sunt lapides Sancturii in capite omnium platearum.

*Beth.* Filii Sion inclyti; & amicti auro primo; quomodo reputati sunt in vasa testea, opus manuum figuli.

*Ghimel.* Sed & lamiae nudaverunt mammam, lactaverunt catullos suos: filia populi mei crudelis quasi Struthio in deserto.

*Daleth.* Adhæsit lingua lactentis ad palatum ejus in siti: parvuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis.

*He.* Qui vescebantur voluptuosè, interierunt in viis: qui nutriebantur in croceis, amplexati sunt stercora.

*Vau.* Et major effecta est iniquitas filiae populi mei peccato Sodomorum: quæ subversa est in momento, & non cœperunt in ea manus.

Jerusalem, Jerusalem, convertere ad Dominum Deum tuum.

r. Jerusalem surge, & exue te vestibus jucundatis: induere cinere & cilicio. Quia in te occisus est Salvator Israel.

v. Deduc quasi torrentem lachrymas

per diem & noctem; & non taceat pupilla oculi tui. Quia in te occisus est Salvator Israel.

## III. LEÇON.

*Incipit oratio Jeremiae Prophetæ.*

**R**ECORDARE, Domine, quid acciderit nobis: intuerere & respice opprobrium nostrum. Hæreditas nostræ versa est ad Alienos, domus nostræ ad Extraneos. Pupilli facti sumus absque Patre: Matres nostræ quasi Viduæ. Aquam nostram pecuniâ bibimus: ligna nostra pretio comparavimus. Cervicibus nostris minabamur: lassis non dabatur requies. Ægypto dedimus manum, & Assiriis, ut saturaremur pane. Patres nostri peccaverunt; & non sunt: & nos iniquitates eorum portavimus. Servi dominati sunt nostri: non fuit qui redimeret de manu eorum. In animabus nostris afferebamus panem nobis, à facie gladii in deserto. Pellis nostræ quasi clibanus, exusta est à facie tempestatum famis. Mulieres in Sion humiliaverunt, & Virgines in civitatibus Juda.

Jerusalem, Jerusalem, convertere ad Dominum Deum tuum.

R. Plange quasi virgo plebs mea: ululate pastores in cinere & cilicio. Quia veniet dies Domini magna & amara valdè.

V. Accingite vos, Sacerdotes & plangite Ministri altaris, aspergite vos cinere.

Quia ve  
ra valdè

A

Ant.  
intribit

Que Di  
innocentes  
tagne sain  
portes pou

Domini  
Orbis  
tant in e

Quia  
super flu

Quis  
quis stab

Innoc  
qui non  
juravit i

Hic a  
& miseri

Hæc  
quærent

Attol  
elevami

Rex glo

Quis  
fortis &

Attol  
elevami

Rex glo

Quia veniet dies Domini, magna & amara valdè.

*On repète Plange jusqu'au v.*

AU II. NOCTURNE.

*Ant.* Elevamini portæ æternales, & intrabit Rex gloriæ.

P S E A U M E 13.

Que Dieu regne sur toute la terre. Que les ames innocentes monteront dans le Ciel, qui est sa montagne sainte. Que Jesus-Christ nous en a ouvert les portes pour son triomphe.

**D**omini est terra; & plenitudo ejus: Orbis terrarum, & universi qui habitant in eo.

Quia ipse super maria fundavit eum: & super flumina præparavit eum.

Quis ascendet in montem Domini: aut quis stabit in loco sancto ejus?

Innocens manibus, & mundo corde: qui non accepit in vano animam suam, nec juravit in dolo proximo suo.

Hic accipiet benedictionem à Domino: & misericordiam à Deo salutari suo.

Hæc est generatio quærentium eum: quærentium faciem Dei Jacob.

Attollite portas, Principes vestras, & elevamini portæ æternales: & intrabit Rex gloriæ.

Quis est iste Rex gloriæ? Dominus fortis & potens: Dominus potens in prælio.

Attollite portas, Principes vestras, & elevamini portæ æternales: & introbit Rex gloriæ.



Quis est iste Rex gloriæ? Dominus virtutum : ipse est Rex gloriæ.

*Ant.* Elevamini portas æternales , & introibit Rex gloriæ.

*Ant.* Credo videre bona Domini in terra viventium.

*Pſeume 26.* Dominus illuminatio , &c. page 197.

*Ant.* Credo videre bona Domini in terra viventium.

*Ant.* Domine , abstraxisti ab inferis animam meam.

P S E A U M E 29.

Cantiques d'actions de graces qu'une ame chante à Dieu après qu'il l'a délivrée de beaucoup de périls. Que Dieu ne laisse pas toujours ses serviteurs dans les larmes , & que la joye succede à leur tristesse.

**E**xaltabo te , Domine , quoniam suscepisti me : nec delectasti inimicos meos super me.

Domine Deus meus , clamavi ad te : & sanasti me.

Domine eduxisti ab inferno animam meam : salvasti me à descendentibus in lacum.

Pſallite Domine sancti ejus : & confitemini memoriæ sanctitatis ejus.

Quoniam ira in indignatione ejus : & vita in voluntate ejus.

Ad vesperum demorabitur fletus , & ad matutinum lætitia.

Ego autem dixi in abundantia mea : non movebor in æternum.

Dom  
decori

Ave  
sum co

Ad  
meum

Qua  
cendo i

Num  
annunti

Audi  
Domini

Conv  
mihi :

cum deo

Ut ca  
pungar

num co  
*Ant.*

animam  
v. T  
R. E

Ex Tra

A-C

Ab  
nos vid

tationes  
ipsa cor

Domine in voluntate tua : præstitisti  
deceori meo virtutem.

Avertisti faciem tuam à me : & factus  
sum conturbatus.

Ad te Domine clamavi : & ad Deum  
meum deprecabor.

Quæ utilitas in sanguine meo : dum des-  
cendo in corruptionem ?

Numquid confitebitur tibi pulvis : aut  
annuntiabit veritatem tuam.

Audivit Dominus , & misertus est mei :  
Dominus factus est adjutor meus.

Convertisti planctum meum in gaudium  
michi : conscidisti saccum meum , & cir-  
cumdediti me lætita.

Ut cantet tibi gloria mea , & non com-  
pungar : Domine , Deus meus in æter-  
num confitebor tibi.

*Ant.* Domine , abstraxisti ab inferis  
animam meam.

v. Tu autem Domine miserere mei.

r. Et resuscita me , & retribuam tuis.

*Pater noster tout bas.*

IV. L E Ç O N.

*Ex Tractatu Sancti Augustini Episcopi super  
Psalmos.*

**A**ccedet homo ad cor altum , & ex-  
altabitur Deus. Illi dixerunt : Quis  
nos videbit ? Defecerunt scrutantes scru-  
tationes , consilia mala. Accessit homo ad  
ipsa consilia passus est se teneri ut homo.

Non enim teneretur nisi homo, aut videretur nisi homo, aut crucifigeretur, aut moreretur nisi homo. Accessit ergo homo ad illas omnes passiones, quæ in illo nihil valerent nisi esset homo. Sed si ille non esset homo, non liberaretur homo. Accessit homo ad cor altum, id est cor secretum, obijciens aspectibus humanis hominem, servans intus Deum; celans formam Dei, in qua æqualis est Patri, & offerens formam servi, quâ minor est Patre.

R. Recessit Pastor noster, fons aquæ vivæ, ad cujus transitum Sol obscuratus est. Nam & ille captus est qui captivum tenebat primum hominem; hodiè portas mortis & seras pariter Salvator noster dirupit.

V. Destruxit quidem claustra inferni, & subvertit potentias Diaboli. Nam & ille capus est qui captivum tenebat primum hominem, &c.

V. LIBERATIONE

Quò perdaxerunt illas scrutationes suas, quas perscrutantes defecerunt.

Ut etiam mortuo Domino & sepulto, custodes ponerent ad sepulchrum. Dixerunt enim Pilato; Seducor ille (Hoc appellabatur nomine Dominus Jesus Christus, ad salutiū servorum suorum, quando dicuntur Seduciores,) ergo illi Pilato: Seducor ille, inquit, dixit adhuc vivens: Post tres dies resurgam; jube itaque custodiri sepulchrum usque in diem tertium.

tertium  
& fure  
xit à m  
jor prio  
diam,  
tem abe  
nantes

R. C  
attendit  
dolor m  
v. A  
dolorem  
dolor m

POFU  
chru  
surrexit  
pulchru  
advenera  
nuntiare  
vit Disci  
vit & mi  
inquiunt  
vobis de  
ejus, &  
scrutante  
astutia?  
pietatis,  
ut hoc d  
tibus ve  
lerunt e  
verè tu i  
defecisti

tertium, ne fortè veniant Discipuli ejus, & furentur eum, & dicant plebi: Surrexit à mortuis; & erit novissimus error peior priore. Ait illis Pilatus: Habetis custodiam, ite, custodite sicut scitis. Illi autem abeuntes, munierunt sepulchrum, signantes lapidem cum Custodibus.

R. O vos omnes, qui transitis per viam, attendite & videte, si est dolor similis sicut dolor meus.

v. Attendite universi populi, videte dolorem meum, si est dolor similis sicut dolor meus.

#### VI. L E Ç O N.

**P**Ofuerunt custodes Milites ad sepulchrum. Concussa terrâ Dominus resurrexit; miracula facta sunt talia circa sepulchrum, ut & ipsi milites, qui custodes advenerant, testes fierent, si vellent veram nuntiare. Sed avaritia illa, quæ captivavit Discipulum comitem Christi, captivavit & militem custodem sepulchri. Dan. as, inquit, vobis pecuniam, & dicite, quia vobis dormientibus, venerunt Discipuli ejus, & abstulerunt eum. Verè defecerunt scrutantes: Quid est quod dixisti, o felix astutia? Tantumne desertis lucem consilii pietatis, & in profunda versutia demergis, ut hoc dicas: Dicite, quia vobis dormientibus venerunt Discipuli ejus, & abstulerunt eum. Dormientes testes adhibes; verè tu ipse obdormisti, qui scrutando talia defecisti.

R. Ecce quomodò moritur justus, & nemo percipit corde, & viri justi tolluntur, & nemo considerat; à facie iniquitatis sublatus est justus. Et erit in pace memoria ejus.

V. Tanquam agnus coram tondente se obmutuit, & non aperuit os suum; de angustia & de judicio sublatus est. Et erit in pace memoria ejus.

*On repéte* Ecce quomodò, *jusqu'au* v.

### AU III. NOCTURNE.

*Ant.* Deus adjuvat me, & Dominus susceptor est animæ meæ.

*Pseaume 53.* Deus in nomine tuo, &c. *page 206.*

*Ant.* Deus adjuvat me, & Dominus susceptor est animæ meæ.

*Ant.* In pace factus est locus ejus, & in Sion habitatio ejus.

*Pseaume 75.* Notus in Judæa Deus, &c. *page 143.*

*Ant.* In pace factus est locus ejus, & in Sion habitatio ejus.

*Ant.* Factus sum sicut homo sine adjutorio, inter mortuos liber.

*Pseaume 87.* Domine Deus salutis meæ, *page 212.*

*Ant.* Factus sum sicut homo sine adjutorio, inter mortuos liber.

V. In pace factus est locus ejus.

R. Et in Sion habitatio ejus.

*On dit* Pater noster *tout bas.*

*De Epip*

**C**H  
 be  
 taberna  
 non huj  
 hircorun  
 prium sa  
 æterna  
 guis hirc  
 aspersus  
 tionem  
 Christi,  
 tipsum o  
 davit co  
 mortuis,

R. Af  
 pes conv  
 num & ad  
 v. Qu  
 meditati  
 num, &

**E**T id  
 ut m  
 nem earu  
 sub prior  
 cipiant, o  
 tis. Ubi  
 cesse est i  
 tum enim

## VII. L E Ç O N.

*De Epistola Beati Pauli Apostoli ad Hebræos.*

**C**Hristus, assistens Pontifex futurorum bonorum, per amplius & perfectius tabernaculum non manu factum, id est, non hujus creationis, neque per sanguinem hircorum aut vitulorum, sed per proprium sanguinem introivit semel in sancta æterna redemptione inventa. Si enim sanguis hircorum & taurorum, & cinis vitulæ aspersus inquinatos sanctificat ad emundationem carnis, quantò magnis sanguis Christi, qui per Spiritum sanctum semetipsum obtulit immaculatum Deo, emundavit conscientiam nostram ab operibus mortuis, ad serviendum Deo viventi.

**R.** Astiterunt Reges terræ, & principes convenerunt in unum adversus Dominum & adversus Christum ejus.

**V.** Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania? Adversus Dominum, & adversus Christum ejus.

## VIII. L E Ç O N.

**E**T ideò novi testamenti mediator est, ut morte intercedente: in redemptionem earum prævaricationum, quæ erant sub priori testamento, repromissionem accipiant, qui vocati sunt æternæ hæreditatis. Ubi enim testamentum est, mors necesse est intercedat Testatoris. Testamentum enim in mortuis confirmatum est:

alioquin nondùm valet , dum vivit qui testatus est. Undè nec primum quidem sine sanguine dedicatum est.

R. Æstimatus sum cum descendentibus in lacum. Factus sum sicut homo sine adiutorio , inter mortuos inter.

V. Posuerunt me in lacu inferiori, in tenebrosis , & in umbra mortis. Factus sum sicut homo , &c.


### IX. LEÇON.

**L**Ectio enim omni mandato legis à Moïse universo populo , accipiens sanguinem vitulorum & hircorum , cum lana coccinea & hyssopo , ipsum quoque librum & omnem populum aspersit , dicens : Hic sanguis testamenti , quod mandavit ad vos , Deus. Etiam tabernaculum , & omnia vasa ministerii sanguine similiter aspersit. Et omnia penè in sanguine secundùm legem mundantur : sine sanguinis effusione non sit remissio.

R. Sepulto Domino , signatum est monumentum , volventes lapidem ad ostium monumenti : Ponentes milites qui custodirent illum.

V. Accedentes Principes Sacerdotum ad Pilatum petierunt illum : Ponentes milites qui custodirent illum.

*On repète Sepulto jusqu'au v.*



## A L A U D E S.

*Ant.* O Mors, ero mors tua : morsus tuus ero , Inferne.

*Pseaume Miserere mei, &c. page 149.*

*Ant.* O Mors, &c.

*Ant.* Plangent eum quasi unigenitum : quia innocens Dominus occisus est.

## P S E A U M E 42.

Le Prophète prie Dieu de le séparer d'avec les Impies. Il lui témoigne le desir qu'il a de l'adorer dans son Temple.

**J**UDICA me Deus, & discerne causam meam de gente non sancta : ab homine iniquo & dolofo erue me.

Quia tu es Deus fortitudo mea : quare me repulisti, & quare tristis incedo dum affligit me inimicus ?

Emitte lucem tuam & veritatem tuam : ipsa me deduxerunt & adduxerunt in montem sanctum tuum, & in tabernacula tua.

Et introibo ad altare Dei : ad Deum qui lætificat juventutem meam.

Confitebor tibi in cythara, Deus, Deus meus : quare tristis es anima mea, & quare conturbas me ?

Spera in Deo : quoniam adhuc confitebor illi salutare vultus mei, & Deus meus.

*Ant.* Plangent eum quasi unigenitum, quia innocens Dominus occisus est.



*Ant.* Attendite universi populi : & videte  
dolorem meum.

*Pseaume* Deus , Deus meus , &c. *page* 152.

*Ant.* Attendite , &c.

*Ant.* A porta inferi : erue Domine ani-  
mam meam.

### CANTIQUE d'Ezechias.

Ce Cantique est une action de graces qu'un Prin-  
ce rend à Dieu de ce qu'il l'avoit retiré de la mort.  
C'est une excellente instruction pour ceux que Dieu  
a délivrés de la mort invisible de l'ame , en leur ins-  
pirant sa grace & l'amour de la pénitence.

**E**Go dixi , in dimidio dierum meorum :  
vadam ad portas inferi.

Quæsiui residuum annorum meorum ,  
dixi : non videbo Dominum Deum in ter-  
ra viventium.

Non aspiciam hominem ultra : & habi-  
torem quietis.

Generatio mea ablata est , & convoluta  
est à me : quasi tabernaculum pastorum.

Præcisa est velut à texente vita mea ,  
dum adhuc ordire , succedit me : de ma-  
nè usque ad vesperam finies me.

Sperabam usque ad mane : quasi leo sic  
contrivit omnia ossa mea.

De manè usque ad vesperam finies me :  
sicut pullus hirundinis sic clamabo , me-  
ditabor ut columba.

Attenuati sunt oculi mei : suspicientes  
in excelsum.

Domine vim patior , responde pro me.

Quid  
ipse f

Re  
amari

Do  
vita sp

bis me  
rissima

Tu  
periret

nia pec

Qui  
que me

deseen

Vive  
sicut &

ciet ve  
Don

tros car  
in dom

*Ant.*  
mam 1

*Ant.*  
*Pseu*

*page* 15  
*Ant.*

v. C  
R. E

corrup  
*Ant.*

tum , l  
Can

Quid dicam, aut quid respondit mihi cum ipse fecerit.

Reccogitabo tibi omnes annos meos : in amaritudine animæ meæ.

Domine, si sic vivitur, & in talibus vita spiritus mei corripies me, & vivificabis me : ecce in pace amaritudo mea amarissima.

Tu autem eruisti animam meam ut non periret : projecisti post tergum tuum omnia peccata mea.

Quia non Infernus confitebitur tibi, neque mors laudabit te : non expectabant qui descendunt in lacum, veritatem tuam.

Vivens, vivens ipse confitebitur tibi, sicut & ego hodiè : Pater filiis notam faciet veritatem tuam.

Domine, salvum me fac : & psalmos nostros cantabimus cunctis diebus vitæ nostræ in domo Domini.

*Ant.* A porta inferi, erue Domine animam meam.

*Ant.* O vos omnes qui transitis, &c.

*Psæume* Laudate Dominum de Cœlis, &c. page 156.

*Ant.* O vos, &c.

v. Caro mea requiescet in spe.

r. Et non dabis sanctum tuum videre corruptionem.

*Ant.* Mulieres sedentes ad monumentum, lamentabantur flentes Dominum.

*Cantique* Benedictus Dominus, page 159.


*Ant.* Mulieres sedentes ad monumentum, &c.

v. Christus factus est, &c.

*Pater noster tout bas. Pseaume Miserere mei, page 149. Et l'Oraison Respice quæsumus page 121.*

A Prime, Tierce, Sixte & None, comme au Jeudî Saint, page. 161. & autres suivantes, hormis l'Antienne suivante, qui se dit après les Pseaumes.

v. Christus factus est, &c.



## A L A M E S S E.

Ce jour n'a point d'Office ; car celui qu'on va chanter appartient à la nuit du Dimanche ; & la raison est, qu'anciennement on célébroit la nuit, comme attendant Notre-Seigneur à ressusciter. Mais l'Eglise, pour éviter les scandales qui pouvoient arriver à la faveur des ténèbres, & aussi pour la commodité des Fidèles, a ordonné qu'on le feroit aujourd'hui.

A heure compétante on pare les Autels, & on dit les heures. Cependant on tire du feu d'une pierre & on allume la chandelle. None étant dite, le Prêtre au milieu des Ministres qui porte une Croix, l'Eau-bénite & l'encensoir, il bénit le nouveau feu, disant sans chanter :

v. Dominus vobiscum.

r. Et cum spiritu tuo.

*Oremus.*

**D**EUS, qui per Filium, angularem scilicet lapidem claritatis tuæ ignem fidelibus contulisti : productum è silice, nostris profuturum usibus novum hunc ignem sanctifica ; & concede nobis, ita per hæc Festa Paschalia cœlestibus desideriis in-

flam  
ris m  
Per e  
R.

**D**omni  
quod  
est,  
ab ec  
nemu  
nasti  
illum  
vitan  
mur.  
R.

**D**hunc  
Fili  
& Sp  
juva  
grati  
eode  
Deu  
Puis

**V**dict

flammari; ut ad perpetuæ claritatis, puris mentibus, valeamus festa pertingere. Per eundem Christum Dominum nostrum.

R. Amen.

*Oremus.*

**D**omine Deus, Pater omnipotens, lumen indeficiens, qui es conditor omnium luminum, benedic hoc lumen, quod à te sanctificatum atque benedictum est, qui illuminasti omnem mundum; ut ab eo lumine accendamus, atque illuminemur igne claritatis tuæ; & sicut illuminasti Moysen exeuntem de Ægypto, ita illumines corda & sensus nostros; ut ad vitam & lucem æternam pervenire mereamur. Per Christum Dominum nostrum.

R. Amen.

*Oremus.*

**D**omine sancte Pater, omnipotens æterne Deus, benedicientibus nobis hunc ignem in nomine tuo, & unigeniti Fili tui Dei ac Domini nostri Jesu Christi, & Spiritus Sancti cooperari digneris; & adjuva nos contra ignita tela inimici illustra gratiâ cœlesti. Qui vivis, & regnas cum eodem Unigenito tuo, & Spiritu sancto, Deus. Per omnia secula, &c. R. Amen.

Puis le Prêtre bénit cinq grains d'encens pour les mettre au Cierge, disant cette Oraison :

**V**eniat quæsumus, omnipotens Deus, super hoc incensum larga tuæ benedictionis infusio, & hunc nocturnum splen-

dorem invisibilis regenerator accende ; ut non solum sacrificium , quod hâc nocte litatum est , arcana luminis tui admixtione refulgeat : sed in quocumque loco ex hujus sanctificationis mysterio , aliquid fuerit deportatum , expulsâ diabolicæ fraudis nequitiâ , virtus tuæ Majestatis assistat. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

Pendant qu'il benit l'encens , l'Acolyte prend des charbons bénis , & les met dans l'encensoir : la bénédiction de l'encens étant faite , le Prêtre fait l'aspersion sur le feu & sur l'encens béni , disant : *Asperge me* , &c. sans chanter ; & ayant ensuite garni l'encensoir de l'encens de la navette , il sacrifie l'encens & le feu béni. Cependant on éteint toutes les lumieres de l'Eglise , afin de les rallumer bien-tôt après du feu béni.

Ce qui nous représente que l'ancienne Loi , qui avoit été donnée parmi les éclairs & les tonnerres sur la montagne de Sion , cesse aujourd'hui , comme n'étant que la figure de la Loi Evangelique , qui prend son commencement dans la Résurrection du Fils de Dieu.

Puis le Diacre prend le roseau où sont attachées les trois bougies. Celui qui porte l'encensoir va devant avec un Acolyte , qui porte en un vaisseau les cinq grains de l'encens , le Soudiacre suit avec la Croix , & le Clergé par ordre. Après que le Diacre est entré dans l'Eglise , il abaisse le roseau , & l'Acolyte qui porte une chandelle allumée du nouveau feu , allume une des trois chandelles d'en haut , lorsque le Diacre relevant le roseau , & s'agenouillant avec tout le Peuple , chante tout seul *Lumen Christi*. R. *Deo gratias*. Puis il s'avance au milieu de l'Eglise où l'on allume un autre des trois chandelles , chantant plus haut *Lumen Christi*. R. *Deo gratias*. Troisièmement , il va jusqu'au grand Autel , & allume l'autre chandelle ; & à genoux

comme  
*Lumen*

Le D  
tant à h  
l'Eglise  
que les  
lieu & a

Puis  
prenant  
tre , qu  
*biis tuis*  
*Paschal*  
*& Spirit*

Lors  
cense ;  
cre chan

Ce C  
la colom  
les Enfa  
allumé ,  
roit pen  
quoiqu'i  
tion de  
aux Apô  
inférieur  
afin que  
au mond  
rédempti

**E**X  
Ex  
Regis v  
Gaudea  
bus ; &  
totius c  
Lætentu  
adornat  
vicibus

comme auparavant, il chante encore plus haut  
*Lumen Christi. R. Deo gratias.*

Le Diacre qui porte les trois chandelles, chantant à haute voix aux deux bouts & au milieu de l'Eglise *Lumen Christi*, nous donne à connoître que les Apôtres ont prêché la Foi Catholique au milieu & aux extrémités de la terre.

Puis le Diacre baille le roseau à un Acolyte, & prenant le Livre, demande la bénédiction au Prêtre, qui dit : *Dominus sit in corde tuo, & in labiis tuis, ut dignè & competenter annunties suum Paschale præconium. In nomine Patris, & Filii, & Spiritûs Sancti, Amen.*

Lors il va au Pulpitre, y met le Livre & l'encense; puis tout le monde se tenant debout, le Diacre chante l'*Exultet* qui suit.

Ce Cierge n'étant pas encore allumé, représente la colonne de nuée qui couvroit pendant le jour les Enfans d'Israel sortant d'Egypte; mais étant allumé, il signifie la colonne de feu qui les éclairoit pendant la nuit. Il est béni par un Diacre, quoiqu'inférieur au Prêtre, parce que la Résurrection de notre Seigneur Jesus-Christ a été annoncée aux Apôtres par la Magdelaine, qui étoit d'un sexe inférieur: Mais notre Seigneur l'a ainsi voulu, afin que le même sexe qui avoit introduit la mort au monde, annonçât aussi le premier la vie & la rédemption du Genre humain.

**E**Xultet jam Angelica turba Cœlorum:  
Exultent divina mysteria, & pro tanti  
Regis victoria, turba insonet salutaris:  
Gaudeat & tellus tantis irradiata fulgoribus;  
& æterni Regis splendore illustrata,  
totius orbis se sentit amisisse caliginem.  
Lætentur & mater Ecclesia, tanti luminis  
adornata fulgoribus, & magnis populorum  
vicibus hæc aula resultet. Quapropter,

adstantes vos, Fratres charissimi, ad tam miram hujus sancti luminis claritatem, unâ mecum, quæso, Dei omnipotentis misericordiam invocate; ut qui me non meis meritis, intra Levitarum numerum dignatus est aggregare; luminis sui claritatem infundens, Cerei hujus laudem implere perficiat. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium suum, qui cum eo vivit & regnat in unitate Spiritûs sancti Deus. Per omnia sæcula sæculorum.

R. Amen.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum Spiritu tuo.,

V. Sursum corda.

R. Habemus ad Dominum.

V. Gratias agamus Domino Deo nostro.

R. Dignum & justum est.

Verè dignum & justum est, invisibilem Deum Patrem omnipotentem, Filiumque ejus unigenitum, Dominum nostrum Jesum Christum, toto corde vocis ministerio personare Qui pro nobis æterno Patri, adæ debitum solvit; & veteris piaculi cautionem pio cruore deterfit. Hæc sunt enim Festa Paschalia, in quibus verus ille agnus occiditur, cujus sanguine postes Fidelium consecrantur. Hæc nox est, in qua primùm Patres nostros filios Israel eductos de Ægypto, Mare rubrum sicco vestigio transire fecisti. Hæc igitur nox est, quæ peccatorum tenebras, columnæ illuminatione

tione  
per un  
tes,  
torum  
sanctio  
vincul  
ascend  
nisi rec  
pietatis  
charita  
tradidit  
catum  
felix cu  
habere  
quæ sol  
qua Ch  
nox est,  
dies illu  
in delicia  
noctis fu  
innocen  
odia, co  
Ces cin  
met au Ci  
cing playe  
après sa R  
toire, &  
odeur d'in  
In hu  
sancte P  
peritun  
solemni,  
bus apte

tione purgavit. Hæc nox est, quæ hodiè per universum mundum in Christo credentes, à vitiis sæculi, & caligine peccatorum segregatos, reddit gratiæ, sociat sanctitati. Hæc nox est, in qua destructis vinculis mortis, Christus ab inferis victor ascendit. Nihil enim nobis nasci profuit, nisi redimì profuisset. Omnia circa nos tuæ pietatis dignatio! O inæstimabilis dilectio charitatis, ut servum redimeres, filium tradidisti! O certè necessarium Adæ peccatum quod Christi morte deletum est! O felix culpa, quæ talem ac tantum meruit habere Redemptorem! O verè beata nox, quæ sola meruit scire tempus & horam, in qua Christus ab inferis resurrexit. Hæc nox est, de qua scriptum est: Et nox sicut dies illuminabitur, & nox illuminatio mea in deliciis meis. Hujus igitur sanctificatio noctis fugat scelera, culpas lavat, reddit innocentiam lapsis & mœstis lætitiã, fugat odia, concordiam parat, & curvat imperia.

Ces cinq grains d'encens benis, que le Diacre met au Cierge en forme de Croix, représentent les cinq playes de notre Seigneur, qu'il a conservées après sa Résurrection, comme marques de sa victoire, & qui ont rempli le monde d'une céleste odeur d'immortalité.

In hujus igitur noctis gratias suscipe, sancte Pater, incensi hujus sacrificium vespertinum quod tibi in hac Cerei oblatione solemni, per Ministrorum manus de operibus apertim sacro-sancta reddit Ecclesia. Sed



etiam columnæ hujus præconia novimus ,  
quam in honorem Dei rutilans ignis ac-  
cendit.

Ici le Diacre doit allumer le Cierge avec une des  
trois bougies du roseau sans les séparer , pour nous  
enseigner que les trois Personnes Divines ont opéré  
dans la Résurrection de Notre-Seigneur ; mais par-  
ticulièrement le Fils de Dieu , qui ayant repris son  
Corps l'a doué d'immortalité.

Qui licet sit divisus in partes , mutati  
tamen luminis detrimenta non novit. Aliter  
enim liquantibus ceris , quas in substantiam  
pretiosæ hujus lampadis , apis mater eduxit.

*Ici on allume les Lempes.*

O verè beata nox , quæ expoliavit Æ-  
gyptios , ditavit Hebræos ! Nox , in qua  
terrenis cœlestia , humanis divina jungun-  
tur. Oramus ergò te Domine , ut Cereus  
iste , in honorem tui nominis consecratus ,  
*r. Deo gratias, alleluya, alleluya.* Puis se tournant à l'Autel, il dit *Placeat,* baise l'Autel, & enfin donne la benediction à la maniere accoutumée, & dit *In principio,* &c. Hors le Chœur, après avoir dit *Pater noster* & l'*Ave Maria*, les Vêpres se commencent par l'Antienne *Alleluya*, & le reste, comme ci-devant.



A C O M P L I E S.

v. Jube Domne benedicere.

*Bened.* Noctem quietam, & finem perfectum concedat nobis Dominus omnipotens.

r. Amen.

F f

*Leçon brève.*

Fratres, sobrii estote, &c. page 65.

*Pater noster* tout bas. Et l'un après l'autre on fait la Confession commune & ordinaire. Et l'Absolution faite, on commence le Verset.

**C**ONverte nos Deus, salutaris noster, &c. page 65.

Et après on dit les Pseaumes ordinaires avec *Gloria Patri* sans Antienne, ni Chapitre, ni Verset, comme au Dimanche des Rameaux, page 66.

*Ant.* Vespere autem Sabbati, &c.

*Cantique de S. Simeon.* Luc. 2.

**N**unc dimittis servum tuum, Domine, &c. page 70.

*Ant.* Vespere autem Sabbati, quæ lucefcit in prima Sabbati, venit Maria Magdalene, & altera Maria videre scpulchrum, alleluya.

v. Dominus vobiscum.

r. Et cum spiritu tuo.

*Oremus.*

**V**isita, quæsumus Domine, habitationem istam, & omnes insidias inimici ab ea longè repelle: Angeli tui sancti habitent in ea, qui nos in pace custodiant, & benedictio tua sit super nos semper. Per Dominum nostrum Jesum Christum, Filium tuum; Qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritus sancti Deus. Per omnia sæcula sæculorum. Amen.

v. Dominus vobiscum.

r. Et cum spiritu tuo.

v.  
r.  
Be  
pote  
Filiu

**R**  
luya.

P  
Or

v.  
luya.

r.  
luya.

**D**  
dum  
sumus  
Maria  
Per eu

r.

v.  
nobisc

r.

On dit  
Credo



v. Benedicamus Domino.

r. Deo gratias.

*Bened.* Benedicat & custodiât nos omnipotens & misericors Dominus, Pater & Filius, & Spiritus sanctus. Amen.

*Antienne à la Vierge.*

**R** Regina cœli lætare, alleluya.  
Quia quem meruisti portare, alleluya.

R. Surrexit sicut dixit, alleluya.

Ora pro nobis Deum, alleluya.

v. Gaude & lætare, Virgo Maria, alleluya.

r. Quia surrexit Dominus verè, alleluya.

*Oremus.*

**D**eus, qui per Resurrectionem Filii tui Domini nostri Jesus Christi mundum lætificare dignatus es: præsta quæsumus, ut per ejus genitricem Virginem Mariam perpetuæ capiamus gaudia vitæ. Per eundem Christum Dominum nostrum.


r. Amen.

v. Divinum auxilium maneat semper nobiscum.

r. Amen.

*On dit tout bas Pater noster, Ave Maria & Credo.*





## POUR LE JOUR

## DE PASQUES,

## A MATINES.

Pater noster, Ave Maria, Credo.

**D**omine labia mea aperies,  
 Et os meum annuntiabit laudem tuam.  
 Deus in adiutorium meum intende.  
 Domine ad adjuvandum me festina.  
 Gloria Patri, &c.

*Invitatoire.*

Surrexit Dominus verè, alleluya.

*On repete* Surrexit, &c.

## P S E A U M E 94.

Excellente exhortation à louer & à adorer Dieu, à le reconnoître pour le Seigneur & le Roi de tout le monde, & à n'être pas endurcis à sa voix, comme l'ont été les Juifs que Dieu a rejetsés du repos de son Royaume.

**V**enite, exultemus Domino, jubilemus Deo salutari nostro: præoccupemus faciem ejus in confessione, & in psalmis jubilemus ei. Surrexit Dominus verè, alleluya.

Quoniam Deus magnus Dominus, & Rex magnus super omnes Deos: quoniam non repellet Dominus plebem suam: quia in manu ejus sunt omnes fines terræ; & altitudines montium ipse conspicit, alleluya.

Q  
 illud  
 veni  
 um  
 ngs,  
 nos  
 ejus.

H  
 obdu  
 tione  
 ubi  
 verum

Q  
 ration  
 carde  
 meas  
 bunt  
 verè

Gl  
 Al  
 Su

On ne  
 A

Eg  
 non e  
 volur

Qu'  
 les-méc  
 autres

B

Quoniam ipse est mare, & ipse fecit illud & aridam fundaverunt manus ejus: venite adoremus, & procidamus ante Deum: ploremus coram Domino qui fecit nos, quia ipse est dominus deus noster: nos autem populus ejus & oves pascuæ ejus. Surrexit dominus verè. Alleluya.

Hodiè si vocem ejus audieritis, nolite obdurare corda vestra, sicut in exacerbatione, secundùm diem tentationis in deserto: ubi tentaverunt me Patres vestri, probaverunt, & viderunt opera mea. Alleluya.

Quadraginta annis proximus fui generationi huic, & dixi: semper: hi errant corde: ipsi verò non cognoverunt vias meas: quibus juravi in ira mea, si introibunt in requiem meam. Surrexit dominus verè, Alleluya.

Gloria Patri, &c.

Alleluya.

Surrexit dominus, verè, Alleluya.

On ne dit ni Hymne ni Chapitre durant cette Octave.

A U I. N O C T U R N E.

Ego sum qui sum, & consilium meum non est cum impiis, sed in lege domini voluntas mea est, alleluya.

P S E A U M E . 2.

Qu'il n'y a que les bons qui soient heureux: Que les méchans sont misérables: A quoi les uns & les autres ressemblent.

**B**Eatus vir qui non abiit in consilio impiorum, & in via peccatorum non

fletit : & in cathedra pestilentiae non sedit.

Sed in lege domini voluntas ejus ; & in lege ejus meditabitur die ac nocte.

Et erit tanquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum : quod fructum suum dabit in tempore suo.

Et folium ejus non defluet : & omnia quaecumque faciet , prosperabuntur.

Non sic impii , non sic : sed tanquam pulvis quem projicit ventus à facie terræ.

Ideo non resurgent impii in judicio : neque peccatores in concilio justorum.

Quoniam novit dominus viam Justorum : & iter impiorum peribit.

Gloria Patri , &c.

*Ant.* Ego sum qui sum , & consilium meum non est cum impiis : sed in lege Domini voluntas mea est. Alleluya.

*Ant.* Postulavi Patrem meum , alleluya : dedit mihi gentes , alleluya , in hæreditatem , alleluya.

*Pseaume 2.* Quare fremuerunt Gentes , comme cy-devant , page 195.

*Ant.* Postulavi Patrem , &c.

*Ant.* Ego dormivi , & somnum coepi : & exsurrexi , quoniam Dominus suscepit me , alleluya.

### P S E A U M E 3.

Excellente priere pour une ame qui se trouve inquietée de ses ennemis , & qui invoque Dieu à son secours , en reconnoissant qu'il n'y a que lui-seul qui la sauve.

D

ver

M

ipfi

T

glor

V

audi

E

furre

N

me :

Deus

Q

fantes

contr

Do

tuum

Glo

*Ant*

exfurr

alleluy

v.

lleya

R.

lleya.

Par

v.

R. S

*Absol*

preces

**D**omine, quid multiplicati sunt qui  
tribulant me? multi insurgunt ad-  
versum me.

Multi dicunt animæ meæ: non est salus  
ipfi in Deo ejus.

Tu autem Domine, susceptor meus es:  
gloria mea, & exaltans caput meum.

Voce mea ad Dominum clamavi: & ex-  
audivit me de monte sancto suo.

Ego dormivi, & foporatus sum; & ex-  
surrexi, quia Dominus suscepit me.

Non timebo millia populi circumdantis  
me: exurge Domine, salvum me fac,  
Deus meus.

Quoniam tu percussisti omnes adver-  
santes mihi sine causa: dentes peccatorum  
contrivisti.

Domini est salus; & super populum  
tuum benedictio tua.

Gloria Patri, &c.

*Ant.* Ego dormivi, somnum cœpi, &  
exsurrexi, quoniam Dominus suscepit me,  
alleluya, alleluya.

v. Surrexit dominus de sepulchro, al-  
leluya.

r. Qui pro nobis pependit in ligno, al-  
leluya.

Pater noster *tout bas.*

v. Et ne nos inducas in tentationem.

r. Sed libera nos à malo.

*Absol.* Exaudi domine Jesu Christe,  
preces fervorum tuorum, & miserere no-

bis : qui cum Patre & Spiritu sancto vivis  
& regnas in secula seculorum. ●

R. Amen.

V. Jube domine benedicere.

*Bened.* Evangelica lectio sit nobis salus  
& protectio.

R. Amen.

I. L E Ç O N :

*Lectio sancti Evangelii secundum Marcum.*

**I**N illo tempore : Maria Magdalene , &  
Maria Jacobi , & Salome emerunt aroma-  
mata : ut venientes , ungerent Jesum. Et  
reliqua.

*Homilia sancti Gregorii Papæ.*

**A**Udistis , fratres charissimi , quod  
sanctæ mulieres , quæ dominum fue-  
rant secutæ , cum aromatibus ad monumen-  
tum venerunt , & ei quem viventem dilex-  
erant , etiã mortuo , studio humanitatis  
obsequuntur. Sed res gesta aliquid in sanc-  
ta Ecclesia signant gerendum. Sic quippe  
necesse est ut audiamus quæ facta sunt ,  
quatenus cogitemus etiã quæ nobis sint  
ex eorum imitatione faciendæ. Et nos ergo  
in eum qui est mortuus , credentes , si odore  
virtutum referti , cum opinione bonorum  
operum dominum quærimus , ad monu-  
mentum profectò illius cum aromatibus  
venimus. Illæ autem mulieres Angelos  
vident , quæ cum aromatibus venerunt ;  
quia videlicet illæ mentes supernos cives

aspi  
dor  
tur.

R

R

& a

eum

time

tis :

ubi

v

deru

coop

qui

quia

G

Si

per ,

On

jusque

v.

Be

per n

R.

**N**

cerni

vita

perpe

tiçis

aspiciunt, quæ cum virtutum odoribus ad dominum per sancta desideria proficiscuntur. Tu autem domine miserere nobis.

R. deo gratias.

R. Angelus domini descendit de Cœlo, & accedens, revolvit lapidem, & super eum sedit, & dixit mulieribus: Nolite timere; scio enim quia crucifixum quæritis: Jam surrexit, venite & videte locum, ubi positus erat dominus, alleluja.

V. Et introeuntes in monumentum, viderunt juvenem sedentem in dextris, coopertum stolâ candida, & obstupuerunt, qui dixit illis: Nolite timere: scio enim quia crucifixum, &c.

Gloria Patri & Filio, & Spiritui sancto.

Sicut erat in principio, & nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

*On repete le* R. Angelus domine, &c. *jusques au v.* Et introeuntes.

V. Jube domine benedicere.

*Bened.* divinum auxilium maneat semper nobiscum.

R. Amen.

## II. L E Ç O N.

**N**Otandum verò nobis est, quidnam sit, quod in dextris sedere Angelus cernitur. Quid namque per sinistram, nisi vita præsens: qui verò per dextram, nisi perpetua vita designatur? Undè in Canticis Canticorum scriptum est: Læva ejus

sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. Quia ergò Redemptor noster jam præsentis vitæ corruptionem transierat rectè Angelus, qui nuntiare perennem ejus vitam venerat? in dextera sedebat. Qui stolâ candidâ coopertus apparuit, quia festivitatis nostræ gaudia nuntiavit. Candor etenim vestis splendorem nostræ denuntiat, solemnitatis. Nostræ dicamus an suæ? Sed ut fateamur, veriùs, & suæ dicamus, & nostræ. Illa quippè Redemptoris nostri Resurrectio, & nostra festivitas fuit, quia nos ad immortalitatem reduxit: & Angelorum festivitas extitit, quia nos revocando ad cœlestia, eorum numerum implevit. *Tu autem Domine miserere nobis.*

*R. Deo gratias.*

*R. Cum transisset Sabbatum, Maria Magdalene, & Maria Jacobi & Salome emerunt aromata, ut venientes ungerent Jesum, alleluya, alleluya.*

*v. Et valdè manè, unâ Sabbatorum veniunt ad monumentum, orto jam Sole, Ut venientes ungerent Jesum, alleluya, alleluya.*

*Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto.*

*Ut venientes ungerent Jesum, alleluya, alleluya.*

*v. Jube Domne benedicere.*

*Bened. Ad societatem civium supernorum perducatur nos Rex Angelorum.*

*R. Amen.*

**I**N  
lu  
nos  
si per  
repar  
affatu  
si ape  
adver  
cant,  
eorum  
peran  
vestro  
thæus  
ait: E  
timen  
terror  
mentu  
serere  
*R.*  
*Hymne*  
**T**E  
Te  
neratur  
Tibi  
versæ p  
Tibi  
bili voc  
Sanct  
Deus Sa



## III. LEÇON.

**I**N sua ergò ac nostra festiuitate, Angelus in albis uestibus apparuit, quia dùm nos per Resurrectionem Dominicam ad superna reducimus, cœlestis patriæ damna reparantur. Sed quid aduenientes scœminas affatur audiamus: Nolite expavescere. Ac si apertè dicat: Paveant illi qui non amant adventum supernorum civium: pertimescant, qui carnalibus desideriis pressi, ad eorum se societatem pertingere posse desperant. Vos autem cur pertimescitis, quæ vestros concives videtis? Undè & Matthæus, Angelus apparuisse describens, ait: Erat aspectus ejus sicut fulgur, & uestimenta ejus sicut nix. In fulgure etenim terror timoris est; in nive autem blandimentum candoris. Tu autem Domine miserere nobis.

R. Deo gratias.

*Hymne de Saint Ambroise Et de Saint Augustin.*

**T**E Deum laudamus: te Dominum confitemur.

Te æternum Patrem: omnis terra veneratur.

Tibi omnes Angeli: tibi cœli, & universæ potestates.

Tibi Cherubim, & Seraphim: incessabili voce proclamant.

Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Sabaoth.

Pleni sunt cœli & terra : majestatis gloria tuæ.

Te gloriosus Apostolorum chorus.

Te Prophetarum laudabilis numerus.

Te Martyrum candidatus : laudat exercitus.

Te per orbem terrarum : sancta confitetur Ecclesia.

Patrem immensæ majestatis.

Venerandum tuum verum : & unicum Filium.

Sanctum quoque : paracletum spiritum.

Tu Rex gloriæ , Christe.

Tu Patris sempiternus es Filius.

Tu ad liberandum suscepturus hominem : non horruisti Virginis uterum :

Tu devicto mortis aculeo : aperuisti credentibus regna cœlorum.

Tu ad dexteram Dei sedes : in gloria Patris.

Judex crederis esse venturus.

Te ergo quæsumus famulis tuis subveni : quos pretioso sanguine redemisti.

Æterna fac cum sanctis tuis : in gloria numerari.

Salvum fac populum tuum , Domine : & benedic hæreditati tuæ.

Et rege eos , & extolle illos usque in æternum.

Per singulos dies : benedicimus te.

Et laudamus nomen tuum in seculum : & in seculum seculi.

Dignare ,

Dig

nos cu

Mis

Fiat

quem

In te

in æter

✱✱✱

**D**E

**D**D

Glor

Ant.

de cœlo

sedebat

Le Prop

**D**Om

ind

præcinx

Eten

commo

Parat

Eleva

runt sur

Eleva

cibus aq

Mirab


altis Dor

Dignare, Domine, die isto: sine peccato nos custodire.

Miserere nostri Domine: miserere nostri.

Fiat misericordia tua Domine super nos: quemadmodum speravimus in te.

In te Domine speravi: non confundar in æternum.



A L A U D E S.

**D**Eus in adiutorium meum intende. Domine ad adjuvandum me festina.

Gloria Patri, &c. Alleluia.

*Ant.* Angelus autem Domini descendit de cælo, accendens revolvit lapidem, & sedebat super eum, alleluya, alleluya.

P S E A U M E 91.

Le Prophète releve l'excellence du Royaume de JESUS-CHRIST.

**D**ominus regnavit decorem indutus est: indutus est Dominus fortitudinem, & præcinxit se.

Etenim firmavit orbem terræ: qui non commovebitur.

Parata sedes tua ex tunc: à seculo tu es.

Elevaverunt flumina Domine: elevaverunt flumina vocem suam.

Elevaverunt flumina fluctus suos: à vocibus aquarum multarum.

Mirabiles elationes maris: mirabilis in altis Dominus.

Testimonia tua credibilia facta sunt nimis : domum tuam decet sanctitudo Domine in longitudinem dierum.

Gloria Patri, &c.

*Ant.* Angelus autem Domini descendit de cœlo : & accedens revolvit lapidem, & sedebat super eum, alleluya, alleluya.

*Ant.* Et ecce terræ motus factus est magnus : Angelus enim Domini descendit de cœlo, alleluya.

• P S E A U M E 99.

Ce Pseaume est une Prophétie qui marquoit que tous les hommes du monde se convertiroient à Dieu & l'adoreroient.

**J**ubilate Deo omnis terra : servite Domino in lætitiâ.

Introite in conspectu ejus in exultatione.

Scitote quoniam Dominus ipse est Deus : ipse fecit nos, & non ipsi nos.

Populus ejus, & oves pascuæ ejus, introite portas ejus in confessione : atria ejus in hymnis confitemini illi.

Laudate nomen ejus, quoniam suavis est Dominus, in æternum misericordia ejus : & usque in generationem veritas ejus.

Gloria Patri, &c.

*Ant.* Et ecce terræ motus factus est magnus : Angelus enim Domini descendit de cœlo, alleluya.

*Ant.* Erat autem aspectus ejus sicut fulgur : vestimenta autem ejus sicut nix, alleluya, alleluya.

Pseaume

Pseaume

*Ant.*

gur : v  
alleluya

*Ant.*

sunt cui  
alleluya

CANTICO

Ce Car  
mes Israeli  
ardente,  
Nabuchod  
cendit dan  
hommes m  
mes en lou

**B**ene  
mi  
in secula

Bened  
benedici

Bened  
los sunt

tutes Do

Bened  
cite stella

Bened  
benedicit

Benedi  
nedicite f

Benedi  
nedicite g

*Pseaume 62. Deus, Deus meus, page 152.*

*Pseaume 66. Deus misereatur, page 153.*

*Ant.* Erat autem aspectus ejus sicut fulgur: vestimenta autem ejus sicut nix, alleluya, alleluya.

*Ant.* Præ timore autem ejus, exterriti sunt custodes: & facti sunt velut mortui, alleluya.

CANTIQUE des trois jeunes hommes. Dan. 3.

Ce Cantique a été chanté par trois jeunes hommes Israelites, qui ont été jettés dans une Fournaise ardente, pour n'avoir pas voulu adorer la Statue de Nabuchodonosor; mais un Ange du Seigneur descendit dans la Fournaise avec eux, & ces trois jeunes hommes marchèrent avec fermeté au milieu des flammes en louant & bénissant le Seigneur.

**B**enedicite omnia opera Domini Domino: laudate & superexaltate eum in secula.

Benedicite Angeli Domini Domino: benedicite cœli Domino.

Benedicite aquæ omnes quæ super cœlos sunt Domino: benedicite omnes virtutes Domini Domino.

Benedicite sol & luna Domino: benedicite stellæ cœli Domino.

Benedicite omnis imber & ros Domino: benedicite omnes spiritus Dei Domino.

Benedicite ignis & æstus Domino: benedicite frigus & æstus Domino.

Benedicite rores & pruina Domino: benedicite gelu & frigus Domino.

Benedicite glacies & nives Domino : benedicite noctes & dies domino.

Benedicite lux & tenebræ domino : benedicite fulgura & nubes domino.

Benedicat terra dominum : laudet & superexaltet eum in secula.

Benedicite montes & colles Domino : benedicite universa germinantia in terra domino.

Benedicite fontes domino : benedicite maria & flumina domino.

Benedicite cetæ, & omnia quæ moventur in aquis, domino : benedicite omnes volucres cæli domino.

Benedicite omnes bestia & pecora domino : benedicite filii hominum domino.

Benedicat Israel dominum : laudet & superexaltet eum in secula.

Benedicite Sacerdotes domini domino ; benedicite servi domini domino.

Benedicite spiritus & animæ justorum domino ; benedicite sancti & humiles corde domino.

Benedicite Anania, Azaria, Misael domino : laudate & superexaltate eum in secula.

Benedicamus Patrem & Filium, cum sancto Spiritu ; laudemus & superexaltemus eum in secula.

Benedictus es domine in firmamento cæli : & laudabilis & gloriosus, & superexaltatus in secula.

*Ant.*  
sunt e  
alleluy

*Ant.*  
mulier  
quod J

*Pseau*  
*Pseau*  
*Pseau*

*Ant.*  
mulier  
Jesum

*On n*  
*ne sui va*

*Ant.*  
exulten

Et v  
ad mon

*Cantiqu*

*Ant.*

v. D

R. E

*Mais*

v. D

R. E

**D**EUS  
-tum  
devicta  
præveni

*Ant.* Præ timore autem ejus exterriti sunt custodes, & facti sunt velut mortui, alleluya.

*Ant.* Respondens autem Angelus, dixit mulieribus; Nolite timere, scio enim quod Jesum quæritis, alleluya.

*Pseaume* Laudate Dominum de cæli, page 156.

*Pseaume* Cantate Domino canticum, page 157.

*Pseaume* Laudate Dominum in sanctis, page 158.

*Ant.* Respondens autem Angelus, dixit mulieribus; Nolite timere, scio enim quod Jesum quæritis, alleluya.

*On ne dit Chapitre ni Hymne, mais l'Antienne suivante.*

*Ant.* Hæc dies quam fecit Dominus, exultemus, & lætemur in ea.

*Au Benedictus Antienne.*

Et valdè manè unâ Sabbatorum veniunt ad monumentum orto jam Sole, alleluya.

*Cantique* Benedictus Dominus, page 159.

*Ant.* Et valdè, &c.

v. Dominus vobiscum.

r. Et cum spiritu tuo.

*Mais ceux qui ne sont pas Prêtres, disent:*

v. Domine exaudi orationem meam.

r. Et clamor meus ad te veniat.

*Oremus.*

**D**Eus, qui hodiernâ die per Unigenitum tuum æternitatis nobis aditum devictâ morte reserasti, vota nostra, quæ prævenièdo aspiras, etiam adjuvando.

prosequere. Per eundem Dominum nostrum Jesum Christum, Filium tuum: Qui tecum, &c.

v. Dominus vobiscum.

r. Et cum spiritu tuo.

v. Benedicamus Domino, alleluya, alleluya.

r. Deo gratias, alleluya, alleluya.



### A P R I M E.

*Après Deus in adiutorium & Gloria Patri, ou dit les Pseaumes Deus in nomine tuo. Beati immaculati & Rerribue, comme au Feudi Saint à Prime, page 161. A la fin de chaque Pseaume on dit Gloria Patri. Les Pseaumes finis on dit l'Antienne suivante.*

*Ant.* Hæc dies quam fecit dominus, exultemus & lætemur in ea.

v. Dominus vobiscum.

r. Et cum spiritu tuo.

*Oremus.*

**D**omine, deus omnipotens, qui ad principium hujus diei nos prevenire fecisti: tuâ nos hodiè salva virtute, ut in hac die ad nullum declinemus peccatum, sed semper ad tuam justitiam faciendam nostra procedant eloquia, dirigantur cogitationes & opera. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritûs sancti deus. Per omnia secula seculorum.

r. Amen.

v. I

r. I

v. I

r. I

*Aux*

*le Mar*

**S**ané

dan

merear

vivit &

v. F

r. M

*On dit*

intende.

*sans faire*

*on ajout*

Glor

Sicu

per, &

Kyri

Chri

Kyri

v. E

r. S

v. R

in oper

r. E

per nos

rige sup

rum dir

v. G



v. Dominus vobiscum.

r. Et cum spiritu tuo.

v. Benedicamus domino.

r. Deo gratias.

*Aux Eglises Cathédrales & Collégiales on dit le Martyrologe, & ensuite l'Officiant dit :*

**S**ancta Maria, & omnes Sancti intercedant pro nobis ad dominum, ut nos mereamur ab eo adjuvari & salvari, qui vivit & regnat in secula seculorum. Amen.

v. Pretiosa in conspectu domini.

r. Mors Sanctorum ejus.

*On dit trois fois v. Deus in adjutorium meum intende. r. Domine ad adjuvandum me festina, sans faire le signe de la Croix sur soi, & à la dernière on ajoute,*

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto.

Sicut erat in principio, & nunc, & semper, & in secula seculorum. Amen.

Kyrie eleyson.

Christe eleyson.

Kyrie eleyson.

*On dit Pater noster tout bas.*

v. Et ne nos in ducas intimationem.

r. Sed libera nos à malo.

v. Respice in servos tuos, domine, & in opera tua; & dirige filios eorum.

r. Et sit splendor Domini dei nostri super nos, & opera manuum nostrarum dirige super nos, & opus manuum nostrarum dirige.

v. Gloria Patri, &c.

*Oremus.*

**D**irigere, & sanctificare, regere & gubernare, dignare Domine Deus, Rex cœli & terræ, hodiè corda & corpora nostra, sensus, sermones, & actus nostros in lege tua, & in operibus mandatorum tuorum, ut hïc & in æternum te auxiliante, salvi & liberi esse mereamur. Salvator mundi. Qui vivis & regnas in secula seculorum. R. Amen.

v. Jube Domne benedicere.

*Bened.* Dies & actus nostros in tua pace disponat Dominus omnipotens.

R. Amen.

*Leçon breve. Coloss. 3.*

**S**i consurrexistis cum Christo, quæ sursum sunt quæ rite, ubi Christus est in dextera Dei sedens; quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram. Tu autem Domine miserere nobis.

R. Deo gratias.

v. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

R. Qui fecit Cœlum & terram.

v. Benedicite.

R. Deus.

*Bened.* Dominus nos benedicat, & ab omni malo defendat, & ad vitam perducatur æternam; & fidelium animæ per misericordiam Dei requiescant in pace.

R. Amen.

*A T*  
 & Glor  
 dinaires  
 Et aprè

Hæ  
 mus,

L'O  
 ci-deva

**V**

quos  
 & dice

*Psal*  
 bonus  
 ejus.

Glo  
 Vid

latere  
 perven

v. C  
 diam r

R. I  
 v. I

R. I  
 v. I

R. I

**E**X

OR  
 digner

*A Tierce, Sexte & None, après Deus in adjutorium & Gloria Patri, alleluya, on dit les Pseaumes ordinaires, comme ci-devant au Feudi Saint, page 164. Et après les Pseaumes on dit l'Antienné suivante.*

Hæc dies quam fecit Dominus exultemus, & lætemur in ea.

*L'Oraison Deus qui hodiernâ, comme ci-devant, page 353.*

*A l'aspersion de l'Eau benite.*

**V**idi aquam egredientem de templo à latere dextro, alleluya : & omnes ad quos pervenit aqua ista, salvi facti sunt, & dicent : Alleluya, alleluya.

*Psalm.* Confitemini Domino quoniam bonus, quoniam in sæculum misericordia ejus.

Gloria Patri, &c.

Vidi aquam egredientem de templo à latere dextro, alleluya : & omnes ad quos pervenit, &c.

v. Ostende nobis Domine misericordiam tuam, alleluya.

r. Et salutare tuum da nobis, alleluya.

v. Domine exaudi orationem meam.

r. Et clamor meus ad te veniat.

v. Dominus vobiscum.


r. Et cum spiritu tuo.

*Oremus.*

**E**xaudi nos Domine, sancte Pater, omnipotens, æterne Deus; & mittere digneris sanctum Angelum tuum de cœlis,

qui custodiat, foveat, protegat, visitet, atque defendat omnes habitantes in hoc habitaculo. Per Christum Dominum nostrum.

R. Amen.



## A L A M E S S E.

### Station à Sainte Marie Majeure.

Aujourd'hui la Station se fait à Rome en l'Eglise de Notre-Dame la grande, en souvenance que St. Gregoire le Grand, Pape, y célébrant à pareil jour, disant ; *Pax Domini*, &c. on ouit un Ange répondre à haute voix : *Et cum spiritu tuo.*

En ce jour & les autres suivans, on fait en quelques Eglises devant la Messe une Procession, qui représente celle que firent les Apôtres en Galilée, où Notre-Seigneur les manda de se trouver par les saintes Dames, afin qu'ils le pussent voir plus à loisir, & en plus grand repos, qu'ils n'eussent fait en Judée, pour nous apprendre que Dieu prend plaisir que nous cherchions un lieu tranquille, où nous puissions voir à loisir & converser avec lui en l'oraison & contemplation. Le nom de Galilée signifie quelque chose approchant du mot de *Transmigration*; car ceux qui doivent voir & jouir de Jesus-Christ ressuscité, se doivent transporter & changer le vice en la vertu, de la vie dissolue à l'étroite, de l'inquiétude à la tranquillité, de la cupidité à la ferveur, & de l'imperfection à la perfection.

### I N T R O I T E.

**R**esurrexi, & adhuc tecum sum, alleluya; posuisti super me manum tuam, alleluya; mirabilis facta est scientia tua, alleluya, alleluya.

*Psalm.* Domine probasti me, & cogno-

visti  
meam

Glo

On

On

eleyso

L'H

Deo, d

L'O

*Lectio*  
*thios.*

**F**Ra  
ut  
azymi  
est. Ch  
ferment  
sincerita

**H**A  
ul  
v. Con  
quoniam  
alleluya  
v. Pa  
tus.

**V**icti  
tiani  
Agnus  
Patri

visti cessionem meam, & resurrectionem meam.

Gloria Patri, &c.

On commence Resurrexi, &c.

On dit Kyrie eleyson trois fois, Christe eleyson trois fois, Kyrie eleyson trois fois.

L'Hymne des Anges: Gloria in excelsis Deo, omme ci-devant, page 5.

L'Oraison: deus qui hodiernà, page. 653.

Leſtio Epistolæ Beati Pauli Apostoli ad Corinthios.

**F**Ratres, expurgate vetus fermentum, ut sitis nova conspersio, sicut estis azymi Etenim Pascha nostrum immolatus est Christus. Itaque epulemur, non in fermento malitiæ & nequitiae; sed in azymis sinceritatis & veritatis.

G R A D U E L.

**H**Æc dies, quam fecit dominus, exultemus, & lætemur in ea.

v. Confitemini domino quoniam bonus: quoniam in sæculum misericordia ejus, alleluya, alleluya.

v. Pascha nostrum immolatus est Christus.

*Prose.*

**V**ictimæ Paschali laudes immolent Christiani.

Agnus redemit oves: Christus innocens Patri reconciliavit peccatores.

Mors & vita duello, conflixere mirando :

Dux vitæ mortuus, regnat vivus.

Dic nobis Maria, quid vidisti in via?

Sepulchrum Christi viventis : & gloriam  
vidi resurgentis.

Angelicos testes, sudarium & vestes.

Surrexit Christus, spes mea, præcedet vos  
in Galilæam.

Scimus Christum surrexisse à mortuis verè :  
tu nobis victor Rex miserere. Amen.  
Alleluya.

*Sequentia Sancti Evan-  
gelii secundum Mar-  
cum.*

**I**N illo tempore :  
Maria Magdale-  
ne, & Maria Jacobi,  
& Salome, emerunt  
aromata, ut venien-  
tes ungerent Jesum.  
Et valde manè unâ  
Sabbatorum, veni-  
unt ad monumentum  
orto jam Sole, & di-  
cebant ad invicem :  
Quis revolvat nobis  
lapidem ab ostio mo-  
numenti ? Et respici-  
entes, viderunt revol-  
utum lapidem ; erat  
quippè magnus, val-  
de. Et introeuntes in

*Suite du Saint Evan-  
gile selon St. Marc,  
Chap. 16.*

**E**N ce tems-là, lors-  
que le jour du Sab-  
bat fut passé, Marie  
Magdelaine ; & Marie  
mere de Jacques & Salo-  
mé, acheterent des par-  
fums, pour venir embau-  
mer Jesus. Et le premier  
jour de la semaine, étant  
parties de grand matin,  
elles arriverent au sepul-  
chre au lever du Soleil.  
Elles disoient entr'elles :  
Qui nous ôtera la pierre  
qui ferme l'entrée du sé-  
pulche ? Mais en regard-  
ant elles virent que cette  
pierre qui étoit fort gran-  
de, en avoit été ôtée.  
Etant entrées dans le sé-  
pulchre, elles virent un  
jeune homme, assis du

côté

côté dro-  
robe blan-  
furent eff-  
leur dit.  
point :  
Jesus de M-  
été crucif-  
cité : il  
Voici le  
voit mis.  
Disciples  
qu'il s'en  
en Galilée  
vous le ve-  
qu'il vous  
Discipul-  
vos in G-  
dixi vob-

*Le Sym-  
um, com-*

**T**ERRA  
gera

**S**USPICE  
puli tu  
ut Pascha  
nitatis no-  
ciant. Per-  
tum, &

**P**ER  
R. A  
v. Do  
R. Et

côté droit, vêtu d'une robe blanche, dont elles furent effrayées; mais il leur dit: Ne craignez point: Vous cherchez Jesus de Nazareth, qui a été crucifié. Il est ressuscité: il n'est point ici. Voici le lieu où on l'avoit mis. Allez dire à ses Disciples, & à Pierre, qu'il s'en va devant vous en Galilée; c'est là que vous le verrez, selon ce qu'il vous a dit.

monumentum, viderunt juvenem sedentem in dextris, coopertum stolâ candidâ, & obstupuerunt. Qui dixit illis: Nolite expavescere: Jesum quæritis Nazarenum crucifixum, surrexit, non est hic: ecce locus ubi posuerunt eum. Sed ite Discipulis ejus, & Petro, quia præcedit vos in Galilæam; ibi eum videbitis sicut dixi vobis.

*Le Symbole de Nice, Credo in unum deum, comme ci-devant, page 54.*

*Offertoire.*

**T**erra tremuit, & quievit, dum resurgeret in judicio Deus. Alleluya.

*Secrette.*

**S**uspice, quæsumus domine, preces populi tui cum oblationibus hostiarum, ut Paschalibus initiata mysteria, ad æternitatis nobis medelam, te operante proficiant. Per dominum nostrum Jesum Christum, &c.

*Préface.*

**P**ER omnia secula seculorum.

R. Amen.

v. Dominus vobiscum.

R. Et cum Spiritu tuo.

H h

v. Sursum corda.

R. Habemus ad Dominum.

v. Gratias agamus Domino Deo nostro.

R. Dignum & justum est.

Verè dignum & justum est, æquum & salutare. Te quidem, Domine, omni tempore; sed in hac potissimum die gloriosius prædicare, cum Pascha nostrum immolatus est Christus. Ipse enim verus est Agnus, qui abstulit peccata mundi; Qui mortem nostram moriendo destruxit, & vitam resurgendo reparavit. Et ideò cum Angelis & Archangelis, cum Thronis & Dominationibus: cumque omni militia cœlestis exercitûs, hymnum gloriæ tuæ canimus, sine fine dicentes.

R. Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus deus Sabaoth.

Pleni sunt Coeli & terra gloriâ tuâ.

Hosanna in Excelsis.

Benedictus qui venit in nomine domini.

Hosanna in Excelsis.

*Communion.*

**P**ascha nostrum immolatus est Christus, alleluya. Itaque epulemur in Azymis sinceritatis, & veritatis, alleluya, alleluya, alleluya.

*Postcommunion.*

**S**piritum nobis domine, tuæ charitatis infunde, ut quos Sacramentis Paschalibus satiasti, tua facias pietate concordēs. Per dominum nostrum Jesum Christum

Filius  
in un  
nia,

v.

R.

v.

allelu

R.

allelu

✠

*Apr*

Maria

Patri

Angel

aux. L

les Pse

vir qu

Diman

dernier

T'Antie

manche

*Ann*

tum l

allelu

Ora

O



R


Filium tuum : Qui tecum vivit & regnat,  
in unitate Spiritus sancti deus. Per om-  
nia, &c.

v. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

v. Ite Missa est, alleluya, alleluya,  
alleluya.

R. Deo gratias, alleluya, alleluya,  
alleluya.



A V E S P R E S.

*Après avoir dit tout bas Pater noster & Ave  
Maria, on chante Deus in adjutorium & Gloria  
Patri, comme aux autres Heures, & l'Antienne  
Angelus autem Domini, avec les suivantes, comme  
aux Laudes, & à la fin de chaque Antiennes on dit  
les Pseaumes : Dixit Dominus, Confitebor, Beatus  
vir qui, Laudate pueri & In exitu, comme aux  
Dimanche des Rameaux, page 57. & à la fin du  
dernier Pseaume on dit Hæc dies, page 354. &  
l'Antienne suivante pour Magnificat comme au Di-  
manche des Rameaux.*

*Ant. Et respicientes, viderunt revolu-  
tum lapidem : erat quippè magnus valdè,  
alleluya.*

*Oraison Deus qui hodiernâ, page 353*

*Chant joyeux au tems de Pâques.*

Alleluya, alleluya, alleluya.

**O** Filii & filia, Rex cœlestis, Rex glo-  
ria, Morte surrexit hodie, Alleluya.  
Alleluya, alleluya, alleluya.

Hi h

Deo nostro.

æquum &

ne, omni

die glorio-

strum im-

verus est

ndi; Qui

truxit, &

idè cum

Thronis &

ni militia

gloriæ tuæ

us, domi-

à tuâ.

e domini.

est Chris-

mur in A-

alleluya,

charitatis

is Pascha-

concordes.

Christum

Et manè primâ Sabbati, Ad ostium monumenti, Accesserunt discipuli, Alleluya.

Et Maria Magdalene, & Jacobi & Salome, venerunt corpus ungere, Alleluya.

In albis sedens Angelus, Prædixit mulieribus, In Galilæa est dominus, Alleluya.

Et Joannes Apostolus, Cucurrit Petrocitiùs, Monumento venit priùs, Alleluya.

Discipulis astantibus, in medio stetit Christus, dicens: Pax vobis omnibus, Al.

Ut intellexit didymus, Quia surrexerat Jesus, Remansit fide dubius, Alleluya.

Vide Thomas, vide latus, Vide pedes, vide manus, Noli esse incredulus, Allel.


Quandò Thomas vidit Christum, Pedes manus, latus suum, Dixit: Tu es deus meus, Alleluya.

Beati qui non viderunt, & firmiter crediderunt, Vitam æternam habebunt, Allel.

In hoc festo sanctissimo, Sit laus & jubilatio, Benedicamus domino, Alleluya.

De quibus nos humillimas, devotas atque debitas, Deo dicamus gratias.

Alleluya, alleluya, alleluya.



## P R O S E

*Sur la Ste. Vierge, au pied de la Croix.*

**S**Tabat Mater dolorosa,  
Juxtâ Crucem lacrymosa,  
Dùm pendeat Filius.

Cujus animam gementem,

Cont

Pertr

O

Fuit

Mate

Qu

Et tr

Nati

Qu

Christ

In tan

Qu

Piam

Dolen

Pro

Vidit

Et fla

Vic

Morie

Dùm

Eia

Me se

Fac ut

Fac

In am

Ut fib

San

Crucif

Cordi

Tui

Jam d

Poena

Contristantem & dolentem ,  
Pertransivit gladius.

O quàm triftis & afflicta ,  
Fuit illa benedicta ,  
Mater Unigeniti !

Quæ mœerebat , & dolebat ,  
Et tremebat , cùm videbat ,  
Nati pœnas incliti.

Quis est homo qui non fletet ,  
Christi Matrem si videret ,  
In tanto supplicio ?

Quis posset non contriftari ,  
Piam Matrem contemplari ,  
Dolentem cum Filio ?

Pro peccatis suæ gentis ,  
Vidit Jesum in tormentis ,  
Et flagellis subditum.

Vidit suum dulcem natum ,  
Morientem desolatum ,  
Dùm emisit spiritum.

Eia Mater , fons amoris ,  
Me sentire vim doloris ,  
Fac ut tecum lugeam.

Fac , ut ardeat cor meum ,  
In amando Christum Deum ,  
Ut sibi complaceam.

Sancta Mater , istud agas ,  
Crucifixi fige plagas ,  
Cordi meo valide.

Tui nati vulnerati ,  
Jam dignati pro me pati ,  
Pœnas mecum divide.

Fac me verè tecum flere,  
 Crucifixo condolere,  
 Donec ego vixero.

Juxtà Crucem tecum stare,  
 Te libenter sociare  
 In planctu desidero.

Virgo virginum præclara,  
 Mihi jam non sis amara,  
 Fac me tecum plangere :

Fac ut portem Christi mortem,  
 Passionis ejus sortem,  
 Et plagas recolere.

Fac me plagis vulnerari,  
 Cruce hâc inebriari,  
 Ob amorem Filii.

Inflammatuſ & accenuſ,  
 Per te Virgo ſim deſenuſ,  
 In die judici.

Fac me Cruce cuſtodiri,  
 Morte Chriſti præmuniri,  
 Confoveri gratia.

Quando corpus morietur,  
 Fac ut animæ donetur,  
 Paradifi gloria. R. Amen.

v. Tuam ipſiuſ animam doloris gladius  
 pertranſibit.

R. Ut revelentur ex multis cordibus cogitationes.

*Oremuſ.*

**I**Ntervenire pro nobis, quaſumus Do-  
 mine Jeſu Chriſte, apud tuam clemen-  
 tiam, nunc, & in hora mortis noſtræ,  
 piiffima Virgo Maria, Mater tua: cujuſ



Exaudivit Dominus deprecationem meam : Dominus orationem meam suscepit.

Erubescant & conturbentur vehementer omnes inimici mei : convertantur & erubescant vaidè velociter.

Gloria Patri, &c.

P S E A U M E 31.

**B**EATI quorum remissæ sunt iniquitates : & quorum tecta sunt peccata.

Beatus vir cui non imputavit Dominus peccatum : nec est in spiritu ejus dolus.

Quoniam tacui , inveteraverunt ossa mea : dùm clamarem totâ die.

Quoniam die ac nocte gravata est super me manus tua : conversus sum in ærumna mea , dum configitur spina.

Delictum meum cognitum tibi feci : & injustitiam meam non abscondi.

Dixi , confitebor adversum me injustitiam meam Domino : & tu remisisti impietatem peccati mei.

Pro hac orabit ad te omnis sanctus : in tempore opportuno.

Verùm tamen in diluvio aquarum multarum : ad eum non approximabunt.

Tu es refugium meum à tribulatione quæ circumdedit me : exultatio mea erue me à circumdantibus me.

Intellectum tibi dabo , & instruam te in via hac quâ gradieris : firmabo super te oculos meos.

Nolite fieri sicut equus & mulus: quibus non est intellectus.

In chamo & freno maxillas eorum constringe: qui non approximant ad te.

Multa flagella peccatoris: sperantem autem in Domino misericordia circumdabit.

Lætamini in Domino, & exultate iusti: & gloriamini omnes recti corde.

Gloria Patri, &c.

P S E A U M E 37.

**D**omine, ne in furore tuo arguas me: neque in ira tua corripas, &c. *page 202.*

Gloria Patri, &c.

P S E A U M E 50.

**M**iserere mei, deus, secundum magnam misericordiam, &c. *page 149.*

Gloria Patri, &c.

P S E A U M E IOI.

**D**omine, exaudi orationem meam: & clamor meus ad te veniat.

Non avertas faciem tuam à me: in quacumque die tribulor, inclina ad me aurem tuam.

In quacumque die invocavero te: velociter exaudi me.

Quia defecerunt sicut fumes dies mei: & ossa mea sicut cremium aruerunt.

Percussus sum ut fœnum, & aruit cor meum: quia oblitus sum comedere panem meum.

A voce gemitus mei, adhæsit os meum  
carni meæ.

Similis factus sum pellicano solitudinis :  
factus sum sicut nicticorax in domicilio.

Vigilavi, & factus sum sicut passer soli-  
tarius in tecto.

Totâ die exprobrabant mihi inimici  
mei : & qui laudabant me, adversum me  
jurabant.

Quia cinerem tanquam panem mandu-  
cabam : & potum meum cum fletu mis-  
cebam.

A facie iræ & indignationis tuæ : quia  
elevans allifisti me.

Dies mei sicut umbra declinaverunt : &  
ego sicut fœnum arui.

Tu autem, Domine, in æternum per-  
manes : & memoriale tuum in generatio-  
nem & generationem.

Tu exurgens misereberis Sion : quia  
tempus miserendi ejus, quia venit tempus.

Quoniam placuerunt servis tuis lapides  
ejus : & terræ ejus miserebuntur.

Et timebunt gentes nomen tuum, Do-  
mine : & omnes Reges terræ gloriam  
tuam.

Quia ædificavit Dominus Sion : & vi-  
debitur in gloria sua.

Respexit in orationem humilium : &  
non sprevit precem eorum.

Scribantur hæc in generatione altera : &  
populus qui creabitur laudabit Dominum.

Do  
folv  
& l  
Reg  
R  
tate  
N  
rum  
anni  
In  
oper  
Ip  
omn  
E  
mut  
anni  
Fi  
feme  
G  
D  
Fi  
depre  
Si  
Dom  
Q  
ter le



Quia prospexit de excelso sancto suo ;  
Dominus de coelo in terram aspexit.

Ut audiret gemitus compeditorum : ut  
solveret filios interemptorum.

Ut annuntient in Sion nomen Domini :  
& laudem ejus in Jerusalem.

In conveniendo populos in unum : &  
Reges ut serviant Domino.

Respondit ei in via virtutis suæ : pauci-  
tatem dierum meorum nuntia mihi.

Ne revoces me in dimidio dierum meo-  
rum : in generationem & generationem  
anni tui.

Initio tu Domine , terram fundasti : &  
opera manuum tuarum sunt coeli.

Ipsi peribunt , tu autem permanes : &  
omnes sicut vestimentum veterascent.

Et sicut opertorium mutabis eos , &  
mutabuntur : tu autem idem ipse es , &  
anni tui non deficient.

Filii servorum tuorum habitabunt &  
semen eorum in sæculum dirigetur.

Gloria Patri , &c.

P S E A U M E 129.

**D**E profundis clamavi ad te , Domine :  
Domine exaudi vocem meam.

Fiant aures tuæ intendentes : in vocem  
deprecationis meæ.

Si iniquitates observaveris , Domine :  
Domine , quis sustinebit ?

Quia apud te propitiatio est : & prop-  
ter legem tuam sustinui te Domine.

Sustinuit anima mea in verbo ejus: speravit anima mea in Domino.

A custodia matutina usque ad noctem, speret Israel in Domino.

Quia apud Dominum misericordia: & copiosa apud eum redemptio.

Et ipse redimet Israel: ex omnibus iniquitatibus ejus.

Gloria Patri, &c.

P S E A U M E 142.

**D**omine, exaudi orationem meam: Auribus percipe obsecrationem meam, &c. *page 218.*

Gloria Patri, &c.

*Ant.* Ne reminiscaris, Domine, delicta nostra, vel parentum nostrorum; neque vindictam sumas de peccatis nostris.



### O R A I S O N A L A C R O I X.

**B**OIS sacré, Arbre glorieux, qui avez porté le fruit de vie, & qui avez été l'instrument de mon salut, je vous adore & m'abaisse le plus profondément que je puis devant vous, ô Jesus mon souverain Pontife, qui seul avez été trouvé digne de monter sur ce divin Autel, pour présenter au Pere Eternel le sacrifice d'expiation, & pour effacer mes péchés avec votre Sang. Je vous rends un million de graces de tous les biens que vous m'avez faits. Je suis à vous,



vous, sans comparaison plus qu'à moi-même, puisque vous vous êtes donné à moi, & que vous m'avez racheté avec une vie d'un prix infini. Je me plais au titre de servitude que vous avez acquis dessus moi, & le regarde comme le plus grand honneur que je sois capable de recevoir. Et tant s'en faut que je pense à la désavouer, qu'au contraire je veux que ma liberté demeure engagée par autant de titres que je vous ai d'obligations.

Adorable Chef de mon Sauveur, vous m'êtes plus cher & plus aimable avec votre Couronne d'épines, que si vous portiez tous les diadèmes du monde. Saintes ouvertures qui avez percé ce divin Chef, je vous reconnois pour le canaux par lesquels mon salut est découlé.



Sainte bouche, d'où sont émanés les oracles des vérités éternelles, & les assurances de tous les biens que je puis jamais esperer, en qui ont été versées toutes les graces & toutes les douceurs du Ciel, & de qui j'attens l'Arrêt décisif de mon éternité, si j'osois prendre la hardiesse de vous donner un baiser, il me semble que ce seroit un baiser de paix, & que je n'aurois rien à craindre après cela.

Yeux mille fois plus clairs & plus luisans que les Astres du Ciel, d'où sont sortis les attraites d'amour qui ont converti mille pécheurs, & qui ont brisé l'obstination des





**IMAGE EVALUATION  
TEST TARGET (MT-3)**



**Photographic  
Sciences  
Corporation**

23 WEST MAIN STREET  
WEBSTER, N.Y. 14580  
(716) 872-4503



cœurs les plus endurcis , si vous aviez seulement jetté sur moi une œillade favorable , le mien bondiroit tout auffi-tôt , & s'élanceroit dans votre sein.

Benites mains qui avez fait le Ciel & la Terre , & dans qui étoit enfermé le prix de notre sanctification , faites seulement découler sur moi une goutte de ce précieux Sang que vous avez répandu pour nous , je ne craindrai pas de me présenter devant le Tribunal du Pere Eternel.

Cœur de Jesus , source de vie , fontaine d'amour , magasin de grace , trésor de bonté , permettez que je m'abouche sur vous , & que j'y recueille le pardon que vous donnâtes en mourant : si vous m'accordez un de vos soupirs j'en ai assez , non seulement pour obtenir la remission de mes pechés : mais encore pour effacer les crimes d'un million de monde , puisque le Sanctuaire est ouvert , souffrez que j'y entre , mon Sauveur , & que j'aye recours à cet azyle , d'où toutes les forces des démons ne me sçauroient arracher. Faites-moi la grace que je me cache dans votre sein jusqu'à ce que le courroux de votre Pere soit passé.

Pieds sacrés , qui avez fait tant de pas pour chercher la brebis égarée , comment voudriez-vous la rejeter maintenant qu'elle vous vient au devant ? Je vous embrasse . colonnes du Ciel , résolu de ne vous point

quitte  
que r  
lorsqu  
qu'il  
donné  
que d  
cœur  
vive.  
faites  
qui y  
mes d  
de vot  
guent  
vos lar  
mera l  
quera p  
ont.

Pere  
rachat  
ces me  
tête par  
déniez  
acheté  
de parc  
que voi  
jettiez l

Aure  
cet Agr  
Si le re  
sonne ,  
qu'il vo  
vous sou

quitter , que je n'aye oui la douce parole que mon Sauveur dit à la Magdelaine , lorsqu'elle vous arrosoit de ses larmes ; & qu'il ne-m'ait dit : Tes pechés te son pardonnés. Aimable Jesus , s'il n'est besoin que de larmes , rompez la durere de mon cœur , & faites-en sortir des sources d'eau vive. Percez & éventez mes veines ; & faites monter à mes yeux toute l'humeur qui y est comprise , pour en tirer des larmes de sang. Si je n'ai ni la foi , ni l'amour de votre incomparable Pénitente , ni l'onguent dont elle vous oignit , une seule de vos larmes que vous me donnerez embauvera le Ciel & la terre , & me communiquera plus d'amour que les Seraphins n'en ont.

Pere Eternel , voici le prix de mon rachat ; voyez je vous prie, ce côté ouvert, ces membres découpés de playes , cette tête panchée , ce corps déchiré ; & ne me déniez pas le pardon qui a été si chèrement acheté ; si mes crimes me rendent indigne de paroître devant vous , je ne veux pas que vous me regardiez , mais que vous jettiez les yeux sur le visage de votre Fils.

Aurez-vous bien le cœur de refuser à cet Agneau qui a été immolé pour moi ? Si le respect qui étoit dû à sa divine Personne , vous obligea de lui accorder tout ce qu'il vous demanda sur la Croix , qu'il vous souviene que mon salut fut l'une des





Fili Redemptor mundi Deus , mis. nobis.  
 Spiritus sancte Deus , miserere nobis.  
 Sancta Trinitas unus Deus, miserere nobis.  
 Jesu Fili Dei vivi , miserere nobis.  
 Jesu splendor Patris , miserere nobis.  
 Jesu candor lucis æternæ, miserere nobis.  
 Jesu Rex gloriæ ,  
 Jesu Sol justitiæ ,  
 Jesu fili Mariæ Virginis ,  
 Jesu admirabilis ,  
 Jesu Deus fortis ,  
 Jesu Pater futuri sæculi ,  
 Jesu magni consilii Angeli ,  
 Jesu potentissime ,  
 Jesu patientissime ,  
 Jesu obedientissime ,  
 Jesu mitis & humilis corde ,  
 Jesu amator castitatis ,  
 Jesu amator noster ,  
 Jesu Deus pacis ,  
 Jesu author vitæ ,  
 Jesu exemplar virtutum ,  
 Jesu zelator animarum ,  
 Jesu Deus noster ,  
 Jesu refugium nostrum ,  
 Jesu Pater pauperum ,  
 Jesu thesaurus fidelium ,  
 Jesu bone Pastor ,  
 Jesu lux vera ,  
 Jesu sapientia æterna ,  
 Jesu bonitas infinita ,  
 Jesu via & vita nostra ,

Miserere nobis.

Miserere nobis.

point  
 que je  
 mon  
 a acquis  
 emande  
 est bien  
 retentit  
 : Pere  
 ngagée,  
 l'écon-  
 z cette  
 infernal  
 e public  
 gagnée ;  
 êtes , &  
 nie & en  
 si long-  
 ommes ;  
 ersonnes  
 si soit-il.  
 \*\*\*\*\*

N Q M

e nobis.

Jesu gaudium Angelorum ,  
 Jesu Magister Apostolorum ,  
 Jesu Doctor Evangelistarum ,  
 Jesu fortitudo Martyrum ,  
 Jesu lumen Confessorum ,  
 Jesu puritas Virginum ,  
 Jesu corona Sanctorum omnium ,  
 Propitius esto ,                   parce nobis Jesu.  
 Propitius esto ,                   Exaudi nos Jesu.  
 Ab omni peccato ,               Libera nos Jesu.  
 Ab ira tua ,                       Libera nos Jesu.  
 Ab insidiis Diaboli ,           lib.  
 A spiritu fornicationis ,       lib.  
 A morte perpetua ,             lib.  
 A neglectu inspirationum tuarum , lib.  
 Per mysterium sanctæ Incarnationis tuæ ,  
    lib.  
 Per Nativitatem tuam ,           lib.  
 Per infantiam tuam ,             lib.  
 Per divinissimam vitam tuam ,   lib.  
 Per labores tuos ,               lib.  
 Per agoniam & passionem tuam ,   lib.  
 Per crucem & derelictionem tuam , lib.  
 Per languores tuos ,             lib.  
 Per mortem & sepulturam tuam ,   lib.  
 Per Resurrectionem tuam ,       lib.  
 Per Ascensionem tuam ,         lib.  
 Per gaudia tua ,                  lib.  
